An. et vol. XCV 4 Decembris 2003 N. 12

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico – Città del Vaticano – *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE DECRETALES

quibus beato Ioanni Didaco Cuauhtlatoatzin Sanctorum honores decernuntur

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — «Exaltavit humiles» (*Lc* 1, 52).

Dei Patris contuitus ad humilem indigenam Mexicanum se convertit, nempe Ioannem Didacum, quem dono ditavit in Christo renascendi, beatae Mariae Virginis vultum contemplandi et sociatam praestandi operam pro Americanae Continentis evangelizatione. Ex quo aperte eruitur quam vera sint verba quibus Apostolus Paulus divinam edocet methodum salutem peragendi: «Ignobilia mundi et contemptibilia elegit Deus, quae non sunt, ut ea, quae sunt, destrueret, ut non glorietur omnis caro in conspectu Dei» (*1 Cor* 1,28-29). Hic beatus, cui traditum nomen est Cuauhtlatoatzin, quod «aquila loquens» sibi vult, anno circiter MCDLXXIV in loco *Cuauhtitlan* natus est, apud regnum vulgo *Texcoco*. Adultus cum sit et matrimonio iunctus, amplexus est Evangelium et una cum uxore baptismali aqua est ablutus, sibi proponens vivere sub lumine fidei et secundum obligationes coram Deo et Ecclesia assumptas. Mense Decembri anno MDXXXI, cum iter faceret ad locum *Tlatelolco*, in colle qui *Tepeyac* appellatur, apparentem sibi vidit veram Dei Matrem, quae mandavit illi ut ab episcopo Mexicano peteret templum in loco apparitionis aedificari. Sacer praesul, attentis indigenae instantiis, evidentem miri eventus probationem ab illo requisivit. Die XII mensis Decembris beatissima Virgo Maria Ioanni Didaco conspiciendam rursus se dedit, eum solamine affecit et iussit ut in fastigium collis *Tepeyac* se conferret, ibi flores colligeret et referret. Licet hiemale frigus et ariditas loci obversarentur, beatus pulcherrimos repperit flores, quos in paenula posuit Virginique tulit.

Haec autem praescripsit illi ut eos tamquam veritatis indicium episcopo traderet. Stans coram illo, Ioannes Didacus paenulam aperuit floresque cadere sivit; tunc in textura paenulae apparuit, mirabiliter impressa, imago Virginis Guadalupensis, quae ab illo inde tempore facta est spiritale nationis centrum. Constructo templo in "Dominae caelorum" honorem, beatus, summa compulsus pietate, omnia reliquit et vitam impendit in parvum illud sacellum custodiendum et peregrinos excipiendos. Sanctitatis viam in oratione et in caritate percurrit, vim hauriens ex eucharistico Redemptoris nostri convivio, ex cultu in Matrem Redemptoris, ex communione cum Sancta Ecclesia nec non ex oboedientia sacris Pastoribus. Omnes qui noverunt eum splendorem virtutum, praesertim fidei, spei, caritatis, humilitatis et contemptus rerum terrenarum sunt mirati. Ioannes Didacus, in simplicitate cotidianae vitae, fideliter servavit Evangelium quin respueret suam indigenam condicionem, prorsus conscius Deum discrimen stirpium vel culturae praetermittere, et omnes invitare ut filii sui efficiantur. Hoc modo beatus faciliorem reddidit viam qua indigenae gentes Mexicanae et Novi Orbis congressionem cum Christo susciperent et cum Ecclesia. Usque ad supremum vitae diem cum Deo ambulavit, qui anno mdxlviii ad se vocavit eum. Eius recordatio, quae ad apparitionem Dominae Nostrae a Guadalupe semper refertur, saecula transcendit diversasque orbis regiones attigit. Die ix mensis Aprilis anno mcmxc, Nobis coram editum est decretum « de vitae sanctitate et de cultu ab immemorabili tempore Servo Dei Ioanni Didaco praestito ». Die vi mensis Maii hac in ipsa Basilica sollemni praefuimus celebrationi in honorem Ioannis Didaci, beati titulo exornati. Illis ipsis diebus hac in eadem Mexicana Archidioecesi miraculum per eius intercessionem patratum est, cuius decretum prodiit die xx mensis Decembris anno mmi. Amplectentes itaque faventem sententiam Patrum Cardinalium et Episcoporum Nobis coram in Consistorio die xxvi praeteriti mensis Februarii congregatorum, statuimus ut ritus canonizationis die xxxi mensis Iulii anno mmii Mexicopoli perageretur.

Hodie igitur, in urbe Mexico, inter sacra hanc ediximus formulam:

En honor de la Santísima Trinidad, para exaltación de la fe católica y crecimiento de la vida cristiana, con la autoridad de nuestro Señor Jesucristo, de los Santos Apóstoles Pedro y Pablo y la Nuestra, después de haber reflexionado largamente, invocado muchas veces la ayuda divina y oído el parecer de numerosos hermanos en el episcopado, declaramos y definimos Santo al Beato Juan Diego Cuauhtlatoatzin y lo inscribimos en el Catálogo de los Santos, y establecemos que en toda la Iglesia sea devotamente honrado entre los Santos. En el nombre del Padre y del Hijo y del Espíritu Santo.

Quae autem decrevimus volumus et nunc et in perpetuum tempus vim sortiri, contrariis rebus minime quibuslibet obstantibus.

Datum Mexicopoli, die XXXI mensis Iulii, anno MMII, Pontificatus Nostri vicesimo quarto.

EGO IOANNES PAULUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*



Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 530.326

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

KIMBENSIS

In Papua Nova Guinea nova conditur dioecesis Kimbensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum ad provehendam aeternam salutem gregis Dominici eiusque regimini facilius et efficacius consulendum petitum esset nuper ut, quodam seiuncto territorio ab archidioecesi Rabaulensi in Papua Nova Guinea, nova constitueretur dioecesis, Congregatio pro Gentium Evangelizatione, omnibus mature perpensis habitoque pariter faventi voto Venerabilis Fratris Adolfi Titi Yllana, Archiepiscopi titulo Montis Corbini atque in eadem Natione Apostolici Nuntii,

admotam postulationem censuit esse accipiendam. Nos igitur, Qui gravissimo fungimur munere supremi Pastoris universae catholicae Ecclesiae, talem sententiam ratam habentes, summa Apostolica potestate haec decernimus. Ab archidioecesi Rabaulensi separamus territorium districtus civilis, qui patrio sermone nuncupatur New Britain (East et West); ex eoque novam condimus dioecesim *Kimbensem* seu vulgo Kimbe, quam metropolitanae Sedi Rabaulensi suffraganeam facimus atque iurisdictioni Congregationis pro Gentium Evangelizatione subicimus. Praeterea iubemus episcopalem sedem poni in civitate Kimbe atque templum ibidem exstans, Deo in honorem Mariae Auxilii Christianorum dicatum, ad dignitatem cathedralis ecclesiae evehimus; cetera vero secundum canonicas leges temperentur. Quae praescripsimus perducet ad exitum praedictus Venerabilis Frater Adolfus Titus Yllana, qui, re acta, curabit documenta exaranda sincerisque exemplis Congregationi pro Gentium Evangelizatione mittenda. Hanc denique Constitutionem Nostram iugiter ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die decimo secundo mensis Iunii, anno Domini bis millesimo tertio, Pontificatus Nostri vicesimo quinto.

✠ Angelus card. Sodano
Secretarius Status

✠ Ioannes B. card. Re
Congr. pro Episcopis Praef.

Leonardus Erriquenz, *Protonot. Apost.*
Iosephus Conte, *Protonot. Apost. s. n.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 540.978

II

CUBAOËNSIS

In Philippinis nova conditur dioecesis Cubaoënsis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quo satius provideretur spirituali bono atque regimini Christifidelium archidioecesis Manilensis, Venerabilis Frater Noster Iacobus Sanctae Roma-

nae Ecclesiae Cardinalis Sin, Archiepiscopus Metropolita eiusdem Sedis, audita Conferentia Episcoporum Catholicorum Philippinarum, ab hac Apostolica Sede petivit ut quodam seiuncto territorio a circumscriptione ecclesiastica sua nova dioecesis conderetur. Nos, praehabito faventi voto Venerabilis Fratris Antonii Franco, Archiepiscopi titulo Gallesini et in memorata Natione Apostolici Nuntii, de consilio Congregationis pro Episcopis admotam postulationem animarum saluti valde profuturam libenter accipiendam esse censemus. De plenitudine igitur Nostrae potestatis sequentia decernimus. Ab archidioecesi Manilensi separamus integrum territorium, prout praesens lege civili circumscribitur, partis urbis *Quezon City* quae exstat ad meridiem viarum patrio sermone nuncupatarum *Tandang Sora* et *Mactan*; atque ex ita distracto territorio novam constituimus dioecesim *Cubaoënsem*. Sic conditae Ecclesiae sedem episcopalem in urbe *Quezon City* ponimus, ibique situm paroeciale templum, Deo dicatum in honorem Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis, ad gradum et dignitatem cathedralis ecclesiae evehimus eique insignia, privilegia et honores tribuimus quibus aliae in catholico orbe cathedrales aedes fruuntur. Praeterea dioecesim Cubaoënsem suffraganeam facimus metropolitanae Sedi Manilensi eiusque Episcopum metropolitico iuri Archiepiscopi Manilensis subicimus. Cetera vero secundum canonicas leges temperentur. Quae praescripsimus perficienda committimus praedicto Apostolico Nuntio vel, ipso a sede absente, illi, qui curat negotia Apostolicae Nuntiaturae in Philippinis, eisdem tribuentes necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito Congregationi pro Episcopis authenticum exemplar actus peractae exsecutionis, cum primum fas erit, mittendi. Hanc denique Constitutionem Nostram nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die duodetricesimo mensis Iunii, anno Domini bis millesimo tertio, Pontificatus Nostri vicesimo quinto.

✠ Angelus card. Sodano
Secretarius Status

✠ Ioannes B. card. Re
Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Leonardus Erriquenz, *Protonot. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 540.878

III

KALOOKANA

In Philippinis nova conditur dioecesis Kalookana.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quoniam quaelibet Ecclesia particularis in id constituitur ut Christifideles per Episcoporum curas facilius in itinere ad aeternam salutem possent dirigi, haec Apostolica et Romana Sedes annititur ut ordinatio Sedium episcopalium in dies aptior fiat. Quare, cum Venerabilis Frater Noster Iacobus L. Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Sin, Archiepiscopus Metropolita Manilensis, audita Conferentia Catholicorum Episcoporum Philippinarum, ab hac Apostolica Sede petivisset ut quodam distracto territorio a circumscriptione ecclesiastica sua nova dioecesis conderetur ad efficacius providendum spirituali bono fidelium in ea degentium, Nos, praehabito faventi voto Venerabilis Fratris Antonii Franco, Archiepiscopi titulo Gallesini et in memorata Natione Nuntii Apostolici, de consilio Congregationis pro Episcopis admotae postulationi animarum saluti valde profuturae libenter concedendum esse putavimus. Summa igitur Nostra potestate quae sequuntur decernimus. A Manilensi archidioecesi separamus integrum territorium, prout praesens civili lege circumscribitur, urbis patrio sermone nuncupatae «Kalookan City-South» et municipiorum «Malabon» ac «Navotas», atque ex ita distractis locis novam constituimus *Kalookanam* dioecesim. Sic conditae Ecclesiae sedem episcopalem in urbe «Kalookan City-South» ponimus, ibique exstans paroeciale templum, Deo in honorem Sancti Rochi dicatum, ad gradum et dignitatem cathedralis templi evehimus cuique insignia, privilegia et honores tribuimus quibus aliae in orbe catholico cathedrales aedes fruuntur. Praeterea dioecesim Kalookanam suffraganeam facimus metropolitanae Sedi Manilensi eiusque Episcopum metropolitico iuri Archiepiscopi Manilensis subicimus. Cetera vero secundum canonicas leges temperentur. Quae praescripsimus perficienda committimus praedicto Apostolico Nuntio, vel, absente eo, illi, qui curat negotia Sanctae Sedis in eadem Natione, eisdem tribuentes necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi, ad effec-

tum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito Congregationi pro Episcopis authenticum exemplar actus peractae exsecutionis, cum primum fas erit, mittendi. Hanc denique Constitutionem Nostram nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die duodetricesimo mensis Iunii, anno Domini bis millesimo tertio, Pontificatus Nostri vicesimo quinto.

✠ Angelus card. Sodano
Secretarius Status

✠ Ioannes B. card. Re
Congr. pro Episcopis Praef.

Laurentius Civili *Protonot. Apost.*
Iosephus Conte *Protonot. Apost. s. n.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 540.874

IV

PASIGINA

In Philippinis nova dioecesis Pasigina appellanda erigitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Dei claritas quae vivificat omnes homines diligenter est annuntianda ut in eum credant eiusque percipiant vitam. Quamobrem libenter accepimus petitionem Venerabilis Fratris Nostri Iacobi L. S.R.E. Cardinalis Sin, Archiepiscopi Manilensis, qui, audita Conferentia Episcoporum Philippinarum, a Sede Apostolica humiliter postulavit ut ex quadam parte archidioecesis sibi concreditae nova dioecesis conderetur. Ideo, praehabito favorabili voto quorum interest, audito consilio Congregationis pro Episcopis, de plenitudine Apostolicae Nostrae potestatis statuimus ut ab archidioecesi Manilensi separetur territorium, quod in praesens civilibus circumscribitur finibus, urbis nempe

vulgo dictae « Pasig City » et municipiorum vulgo nuncupatorum « Pateros » et « Taguig », atque ex ita distracto territorio nova erigatur dioecesis, *Pasigina* appellanda, quam Metropolitanae Ecclesiae Manilensi suffraganeam atque iurisdictioni Congregationis pro Episcopis obnoxiam facimus. Sedem novae dioecesis in urbe vulgo nuncupata « Pasig City » statuimus templumque paroeciale inibi exstans, Deo in honorem Immaculatae Conceptionis Beatae Mariae Virginis dicatum, ad gradum et dignitatem Ecclesiae cathedralis evehimus, iuribus ac privilegiis concessis quae ad eiusmodi templa spectant. Quod autem ad novae dioecesis pertinet regimen, clerum et Seminarii alumnos, congruam institutionem, bonorum ecclesiasticorum administrationem, sede vacante administratoris electionem, fidelium iura horumque similia, serventur praescripta Iuris Canonici. Documenta et acta quae conditam hanc dioecesim respiciunt, ad eandem Curiam mittantur ibique in tabulario serventur. Ad haec omnia perficienda delegamus Venerabilem Fratrem Antonium Franco, Archiepiscopum titulo Gallesinum atque Nuntium Apostolicum in Philippinis vel, eo absente, negotiorum Sanctae Sedis in eadem Natione gestorem, cui sane necessarias et opportunas tribuimus facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito remittendi ad Congregationem pro Episcopis, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Has denique Litteras Nostras ratas et firmas esse nunc et in posterum volumus, quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die duodetricesimo mensis Iunii, anno Domini bis millesimo tertio, Pontificatus Nostri vicesimo quinto.

✠ Angelus card. Sodano
Secretarius Status

✠ Ioannes B. card. Re
Congr. pro Episcopis Praef.

Laurentius Civili, *Protonot. Apost.*
Iosephus Conte, *Protonot. Apost. s. n.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 540.876

V

PALEMBANGENSIS

In Indonesia constituitur nova Provincia ecclesiastica Palembangensis cuius metropolitana Ecclesia erit Sedes eiusdem nominis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Pascendi Dominici gregis, gravissimum, quo fungimur, officium id inter cetera a Nobis poscit ut, si quando videatur opportunum, novas Provincias ecclesiasticas condamus. Qua re, cum Ecclesia catholica in Indonesia, in territorio Provinciae ecclesiasticae Medanensis, haud exigua passim incrementa suscepisset, ut ipsis Episcopis, sacerdotibus, religiosis viris atque mulieribus et Christifidelibus ibidem sedule operantibus meritae tribueretur testimonium laudis eorumque animi incitarentur ad novos maioresque in dies exantlandos labores necnon ut ipsa Ecclesia firmius constabiliretur, Congregatio pro Gentium Evangelizatione, re mature perpensa acceptisque pariter eorum, quorum interest, faventibus votis, censuit nuper novam Provinciam ecclesiasticam iisdem in locis esse condendam. Nos vero talem sententiam ratam habentes, summa Apostolica potestate sequentia decernimus. A metropolitana Sede Medanensi seiungimus dioeceses Palembangensem, Pangkalpinangensem ac Tangiungkaranganam ex iisque constituimus novam Provinciam ecclesiasticam *Palembangensem* atque dioecesim eiusdem nominis ad gradum archidioecesis metropolitanae evehimus cuique assignamus uti suffraganeas memoratas dioeceses Pangkalpinangensem ac Tangiungkaranganam. Insuper Venerabilem Fratrem Aloisium Sudarso, S.C.I., hactenus Episcopum Palembangensem, renuntiamus Archiepiscopum Metropolitam Palembangensem. Quae praescripsimus perficienda committimus Venerabili Fratri Laurentio Fratini, Archiepiscopo titulo Botrianensi et Apostolico Nuntio in Indonesia, onere imposito sincerum exemplar actus effectae exsecutionis mittendi memoratae Congregationi. Hanc denique Constitutionem nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die decimo secundo mensis Iunii, anno Domini bis millesimo tertio, Pontificatus Nostri vicesimo quinto.

✠ Angelus card. Sodano
Secretarius Status

Crescentius card. Sepe
Congr. pro Gentium Evang. Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Brennus Chestle, *Protonot. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 540.949

VI

VALLIS CHALCENSIS

In Mexico nova conditur dioecesis Vallis Chalcensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Venerabilis Frater Iosephus Maria Hernández González, tunc sacrorum Antistes Netzahualcoyotlensis, audita Conferentia episcopali Mexicana, ab hac Apostolica Sede petivit ut quodam distracto territorio a circumscriptione ecclesiastica sua nova dioecesis conderetur quo satius provideretur spirituali bono Christifidelium ibidem commorantium. Nos quidem, praehabito faventi voto Venerabilis Fratris Iosephi Bertello, Archiepiscopi titulo Urbis Salviae et in eadem Natione Apostolici Nuntii, de consilio Congregationis pro Episcopis admotae postulationi animarum saluti valde profuturae libenter concedendum esse putamus. De plenitudine igitur Nostrae potestatis sequentia decernimus. A dioecesi Netzahualcoyotlensi separamus integrum territorium, prout praesens civili lege circumscibitur, municipiorum, quae patrio sermone nuncupantur: *Amecameca*, *Atlautla*, *Ayapango*, *Cocotitlán*, *Chalco*, *Ecatzingo*, *Juchitepec*, *Ozumba*, *Temamatla*, *Tenango del Aire*, *Tepetlixpa*, *Tlalmananco*, *Valle de Chalco* et partem nuncupatam *Cuatro Vientos* municipii *Ixtapaluca* atque ex ita distractis locis novam constituimus dioecesim *Vallis Chalcensis*, quae iisdem limitabitur finibus, quibus praedicta municipia, simul sumpta, nunc lege civili terminantur. Sic conditae dioecesis sedem in urbe *Valle del*

Chalco ponimus, ibique exstans paroeciale templum, Deo dicatum in honorem Sancti Ioannis Didaci, ad gradum et dignitatem cathedralis ecclesiae evehimus mandantes ut ibidem Capitulum Canonicorum, ad iuris normam, instituatur. Praeterea Ecclesiam Vallis Chalcensis suffraganeam facimus sedi Tlalepantlanae, episcopum vero iuri Archiepiscopi ibidem subicimus. Cetera vero secundum canonicas leges temperentur. Quae praescripsimus perficienda committimus memorato Venerabili Fratri Iosepho Bertello, vel, ipso a sede absente, illi, qui curat negotia Apostolicae Nuntiaturae in Mexico, eisdem tribuentes necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito Congregationi pro Episcopis authenticum exemplar actus peractae exsecutionis, cum primum fas erit, mittendi. Hanc denique Constitutionem Nostram nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die octavo mensis Iulii, anno Domini bis millesimo tertio, Pontificatus Nostri vicesimo quinto.

✠ ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

✠ IOANNES B. card. RE
Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Leonardus Erriquenz, *Protonot. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 542.106

VII

ENGATIVENSIS

In Columbia nova conditur dioecesis Engativensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ad efficacius providendum spirituali bono Christifidelium, Venerabilis Frater Noster Petrus S.R.E. Cardinalis Rubiano Sáenz, Archiepiscopus Me-

tropolita Bogotensis, audita Conferentia Episcoporum Columbiae, ab hac Apostolica Sede petivit ut quodam distracto territorio a sua ecclesiastica circumscriptione nova conderetur dioecesis. Nos, praehabito faventi voto Venerabilis Fratris Beniamini Stella, Archiepiscopi titulo Midilensis et in memorata Natione Apostolici Nuntii, de consilio Congregationis pro Episcopis, admotae postulationi animarum saluti valde profuturae libenter concedendum esse putavimus. Summa igitur Nostra potestate sequentia decernimus. A Bogotensi archidioecesi separamus integrum territorium paroeciarum quae patrio sermone nuncupantur: *Beato Juan Bautista Scalabrini; Beato Juan XXIII*; *Cristo Sacerdote*; *Cristo, Luz de las Gentes*; *El Padre Nuestro*; *El Santísimo Redentor*; *Jesucristo, Camino, Verdad y Vida*; *Jesús, Siervo de Yahveh*; *La Encarnación*; *La Inmaculada Concepción de Suba*; *Las Bienaventuranzas*; *Madre de la Divina Gracia*; *Madre del Redentor de Suba*; *Madre del Verbo Divino*; *Nuestra Señora de Copacabana; Nuestra Señora de la Consolación*; *Nuestra Señora de la Reconciliación*; *Nuestra Señora de Luján*; *Nuestra Señora del Rosario de Cota*; *Nuestra Señora del Topo*; *San Agustín*; *San Anselmo*; *San Basilio Magno*; *San Calixto*; *San Carlos Borromeo*; *San Dionisio*; *San Felipe Apóstol*; *San Francisco de Borja*; *San Jerónimo*; *San Joaquín*; *San Juan Bautista de la Estrada*; *San Juan de Mata*; *San Juan Eudes*; *San Juan Evangelista*; *San Lorenzo, diácono y mártir*; *San Silvestre*; *San Simón Apóstol*; *Santa Ángela Merici*; *Santa Catalina de Siena*; *Santa Gertrudis*; *Santa Juana de Lestonnac*; *Santa Magdalena de Nagasaki*; *Santa María de los Siervos*; *Santa María del Lago*; *Santa María Virgen*; *Santa Mariana de Jesús*; *Santo Tomás de Villanueva*; *Santos Gervasio y Protasio*; *Señor de la Misericordia; Todos los Santos* et *Verbo Divino*, atque ex ita distracto territorio novam constituimus dioecesim *Engativensem*, iisdem limitatam finibus, quibus praedictae paroeciae simul sumptae nunc terminantur. Sic conditae Ecclesiae sedem episcopalem in urbe « Engativá » ponimus ibique exstans paroeciale templum, Deo in honorem Sancti Ioannis Baptistae « de la Estrada » dicatum, ad gradum et dignitatem cathedralis ecclesiae evehimus, mandantes ut ibidem Canonicorum Capitulum, ad iuris normam, instituatur. Praeterea dioecesim *Engativensem* suffraganeam facimus metropolitanae Sedi Bogotensi eiusque Episcopum metropolitico iuri Archiepiscopi pro tempore ipsius metropolitanae Sedis subicimus. Cetera vero secundum canonicas leges temperentur. Haec omnia perficienda committimus Venerabili Fratri Beniamino Stella, quem diximus, vel, absente eo, illi, qui curat negotia Apostolicae Nuntiaturae in Columbia, eisdem tribuentes necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate consti-

tutum, onere imposito Congregationi pro Episcopis authenticum exemplar actus peractae exsecutionis, cum primum fas erit, mittendi. Hanc denique Constitutionem Nostram iugiter ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die sexto mensis Augusti, in festo Transfigurationis Domini, anno bis millesimo tertio, Pontificatus Nostri vicesimo quinto.

✠ Angelus card. Sodano
Secretarius Status

✠ Ioannes B. card. Re
Congr. pro Episcopis Praef.

Leonardus Erriquenz, *Protonot. Apost.*
Iosephus Conte, *Protonot. Apost. s. n.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 542.639

VIII

FONTIBONENSIS

In Columbia nova dioecesis Fontibonensis appellanda erigitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Suam eminet ob excellentiam Christi mysterium, quod Ecclesia omnibus hominibus diligenter nuntiare conatur ut in Christum credant eiusque percipiant vitam. Qua de re sollicitus Venerabilis Frater Noster Petrus S.R.E. Cardinalis Rubiano Sáenz, Archiepiscopus Bogotensis, audita Conferentia Episcoporum Columbiae, ab Apostolica Sede enixe postulavit ut, ad melius consulendum spirituali bono christifidelium sibi concreditorum, ex eiusdem archidioecesis parte separata nova inde dioecesis erigeretur.

Ideo, praehabito favorabili voto Venerabilis Fratris Beniamini Stella, Archiepiscopi titulo Midilensis et in Columbia Apostolici Nuntii, audito consilio Congregationis pro Episcopis, decernimus huiusmodi preces excipiendas esse.

Itaque de plenitudine Apostolicae Nostrae potestatis statuimus ut ab archidioecesi Bogotensi separetur integrum territorium paroeciarum vulgo

nuncupatarum: *El Santísimo Sacramento*; *El Santo Cristo*; *Jesús Amor Misericordioso*; *La Ascensión del Señor*; *Madre de la Divina Providencia*; *Madre de las Misiones*; *Madre y Reina del Carmelo*; *María, Madre de la Iglesia*; *María; Madre del Redentor de Casablanca*; *Nuestra Señora de Fontibón*; *Nuestra Señora de la Caridad*; *Nuestra Señora de la Laguna*; *Nuestra Señora de la Macarena*; *Nuestra Señora de la Medalla Milagrosa*; *Nuestra Señora de la Purísima Concepción*; *Nuestra Señora de la Salud*; *Nuestra Señora del Amparo*; *Nuestra Señora del Tránsito*; *San Andrés*; *San Cayetano*; *San Eugenio*; *San Felipe de Jesús*; *San Ignacio de Antioquía*; *San José de Fontibón*; *San Juan de la Cruz*; *San Juan Macias*; *San Justino Mártir*; *San Leonardo Murialdo*; *San Mauricio*; *San Pablo Miki*; *San Patricio*; *San Pío X*; *San Roberto Belarmino*; *San Roque González*; *Santa Bernardita*; *Santa Engracia*; *Santa Juana de Arco*; *Santa Luisa de Marillac*; *Santa Margarita María de Alacoque*; *Santa María de Pilar*; *Santiago Apóstol*; *Santo Tomás Moro*; *Santos Apóstoles Pedro y Pablo*; *Santos Cirilo y Metodio*. Ex ita definito territorio novam dioecesim *Fontibonensem* appellandam constituimus, cuius sedem in loco vulgo dicto *Fontibón* ponimus ac templum paroeciale ibidem exstans, Deo in honorem Sancti Iacobi Apostoli dicatum, ad gradum et dignitatem Ecclesiae Cathedralis evehimus, iuribus ac privilegiis concessis quae ad eiusmodi templa spectant. Novam quidem dioecesim *Fontibonensem* metropolitanae Ecclesiae Bogotensi suffraganeam constituimus eiusque Episcopum metropolitico iuri Archiepiscopi eiusdem Ecclesiae metropolitanae pro tempore subicimus. Quod autem ad novae dioecesis pertinet regimen, clerum et Seminarii alumnos, congruam institutionem, bonorum ecclesiasticorum administrationem, sede vacante administratoris electionem, fidelium iura horumque similia, serventur praescripta Iuris Canonici. Documenta et acta quae conditam hanc dioecesim respiciunt, ad eandem Curiam mittantur ibique in tabulario serventur.

Ad haec omnia perficienda delegamus Venerabilem Fratrem Beniaminum Stella, Archiepiscopum titulo Midilensem et in Columbia Apostolicum Nuntium, vel, ipso absente, negotiorum Sanctae Sedis in eadem Natione gestorem, cui sane necessarias et opportunas tribuimus facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito remittendi ad Congregationem pro Episcopis, cum primum fas erit, authenticum exemplar actus peractae exsecutionis.

Has denique Litteras Nostras ratas et firmas esse nunc et in posterum volumus, quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die sexto mensis Augusti, in festo Transfigurationis Domini, anno bismillesimo tertio, Pontificatus Nostri vicesimo quinto.

✠ Angelus card. Sodano
Secretarius Status

✠ Ioannes B. card. Re
Congr. pro Episcopis Praef.

Leonardus Erriquenz, *Protonot. Apost.*
Iosephus Conte, *Protonot. Apost. s. n.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 542.640

IX

SOACHAËNSIS

Ex archidioecesi Bogotensi in Columbia quodam distracto territorio, nova dioecesis Soachaënsis appellanda erigitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Frequenter fieri solet ut Ecclesiarum particularium utilitas, quae quidem multis ex causis oriri potest, Nobis suadeat ut earundem pastoralibus necessitatibus quamprimum subveniamus. Cum vero Venerabilis Frater Noster Petrus S.R.E. Card. Rubiano Sáenz, archiepiscopus Bogotensis, audita Conferentia Episcoporum Columbiae, a Nobis petiverit ut, dismembrato ecclesiasticae circumscriptionis sibi concreditae territorio, nova exinde erigeretur dioecesis, preces illius excipiendas censuimus. Itaque, praehabito faventi voto Venerabilis Fratris Beniamini Stella, archiepiscopi Midilensis et in Republica Columbiana Apostolici Nuntii, de consilio Congregationis pro Episcopis, Apostolica Nostra potestate haec quae sequuntur decernimus: ab archidioecesi Bogotensi distrahimus integrum territorium paroeciarum: *Apóstol San Mateo*; *Beato Federico Ozanán*; *Divino Niño Jesús de Praga*; *Divino Niño Jesús de Soacha*; *El Cristo Doliente*; *El Señor de la Buena Esperanza*; *Jesucristo, Nuestra Paz*; *Jesús, Buen Samaritano*; *María Inmaculada*; *Nuestra Señora de las Misericordias*; *Nuestra Señora de los Andes*; *Nuestra Señora de Montserrat*;

Nuestra Señora del Ave María; *Nuestra Señora del Carmen de Sibaté*; *Padre Misericordioso*; *San Antonio María Claret*; *San Bernardino - Soacha*; *San Bernardino de Bosa*; *San Ezequiel Moreno*; *San José de Soacha*; *San Juan Nepomuceno*; *San Luis María Grignón de Monfort*; *San Matías Apóstol*; *San Simón Stock*; *Santa María Bertilla*; *Santa María de Caná*; *Santa María de la Asunción de Soacha*; *Santa María de Nazaret* et *Todos los Ángeles*, atque ex ita distracto territorio novam dioecesim, *Soachaënsem* appellandam, iisdemque circumscriptam finibus quibus praefatae paroeciae simul sumptae terminantur, erigimus ac constituimus; quam dioecesim metropolitanae Ecclesiae Bogotensi suffraganeam facimus eiusque Episcopum metropolitico iuri Archiepiscopi eiusdem Sedis pro tempore subicimus. Huius novae dioecesis sedem in loco vulgo nuncupato *Soacha* statuimus, templumque paroeciale, ibi exstans, in honorem « Iesu Christi, nostrae pacis » constitutum, ad gradum et dignitatem Ecclesiae cathedralis evehimus, cunctis additis iuribus et privilegiis quae ad id genus aedes sacras pertinent. Cetera vero secundum canonicas leges temperentur. Haec quae statuimus perficienda committimus Venerabili Fratri Beniamino Stella, quem diximus, vel, ipso a sede absente, negotiorum Sanctae Sedis ibidem curatori, tribuentes necessarias et opportunas facultates etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito ad Congregationem pro Episcopis authenticum exemplar actus peractae exsecutionis, cum primum fas erit, remittendi. Hanc denique Constitutionem Nostram nunc et in posterum ratam esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die VI mensis Augusti, in festo Transfigurationis Domini, anno bis millesimo tertio, Pontificatus Nostri vicesimo quinto.

✠ Angelus card. Sodano
Secretarius Status

✠ Ioannes B. card. Re
Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Protonot. Apost.*
Brennus Chestle, *Protonot. Apost.*

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 542.641

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabili Dei Servo Paolo Petro Gojdič Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Non diligamus verbo nec lingua sed in opere et veritate » (*1 Io* 3,18).

Venerabilis Dei Servus Paulus Petrus Gojdič per sanguinis effusionem suam testatus est erga Dominum fidelitatem ac simul in Ecclesiam Pontificemque amorem. Animose enim ipse pertulit productam aerumnarum seriem ac tandem mortem, ne Christum pernegaret neve cum Episcopo Romano communionem perfringeret.

Dei Servus die XVII mensis Iulii anno MDCCCLXXXVIII in oppido *Ruské Pekl'any* Presoviensis provinciae in Slovachia ortus est. Adulescens sacerdotalem vocationem coluit atque, theologicis disciplinis edoctus, die XXVII mensis Augusti anno MCMXI ordine sacro auctus est. Ingressus est proinde Ordinem Basilianum S. Iosaphat atque ibidem nomen sibi sumpsit Paulum. Ei asceticam vitam exigendi voluntas erat, sed de eo alia erat Domini proposita. Etenim Eparchiae Presoviensis electus est Administrator Apostolicus, atque paucos post menses Harpasenus titulo est nominatus Episcopus. Die XXV mensis Martii anno MCMXXVII episcopalem consecrationem recepit. Episcopus proinde Presoviensis nominatus, dioecesim pastorali caritate, aequabilitate, mirabili prudentia moderatus est, licet illius temporis condiciones essent adversae. In Dei misericordia nisus, suam fidem per assiduam precationem erga sacram Eucharistiam, Virginem Sanctissimam, Sacrum Iesu Cor per devotionem aluit. Omni ope adlaboravit ut fidelium spiritalis vita promoveretur ipsisque christiana institutio convenienter suppeditaretur. In pastorali ministerio explicando usque studuit ut constitutum propositum adimpleretur: « Deo iuvante pupillorum pater, pauperum auxiliator afflictorumque solator fieri volo ». Humilis erga omnes atque affabilis, « hominem aurei cordis » commeruit se vocari. Alterum post bellum mundanum communistarum potestates rerum potitae, voluerunt ut omnes Graeci catholici in Ecclesiam orthodoxam intrarent, sed Dei Servus, tametsi minis iniuriisque afficeretur, unitatis cum Romano Pontifice vinculum solvere noluit. Hunc propter morem communistarum regimini veluti stimulum quoddam ille evasit. Quapropter captus est atque iudicio ficto peracto, quod mense Ianuario anno MCMLI

actum est, ad sempiterna vincula est damnatus. In carcere vexationes iniuriasque omne genus passus est, atque iniuriis simul, sine ratione illatis, est proscissus, quas ipse mira fortitudine pertulit, sine lamentis atque suis persecutoribus ignoscens. Usque precabatur atque clam sacram synaxim celebrabat. Libertas ei oblata est pro subsidiaria condicione munus accipiendi Patriarchae Ecclesiae orthodoxae Cecoslovachiae, sed ipse, aeternis bonis pellectus, mortem abiurationi praetulit. Die XVII mensis Iulii anno MCMLX in valetudinario carceris Leopoldoviensis in Slovachia ob morbos ac vexationes acceptas emisit spiritum. Martyrii fama increbrescente, anno MCMXCIX Presoviensis Episcopus beatificationis causam incohavit seu martyrii declarationem. His a iure statutis perfectis rebus, die XXVIII mensis Septembris huius anni prodiit Decretum super martyrio. Statuimus ideo ut beatificationis ritus Romae subsequenti die IV mensis Novembris celebraretur.

Hodie igitur in foro ante Patriarchalem Basilicam Vaticanam, inter Missarum sollemnia hanc ediximus formulam:

« Nos, vota Fratrum Nostrorum Ioannis Hirka, Episcopi Prešoviensis, Petri Iacobi Nonis, Episcopi Vicentini, Georgii Ferreira da Costa Ortiga, Archiepiscopi Bracarensis, Ioannis Aloisii Cardinalis Cipriani Thorne, Archiepiscopi Limani, Michaëlis Cardinalis Giordano, Archiepiscopi Neapolitani, et Ioannis Mariae Uriarte Goricelaya, Episcopi Sancti Sebastiani, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Paulus Petrus Gojdič, Methodius Dominicus Trčka, Ioannes Antonius Farina; Bartholomaeus Fernandes dos Mártires, Aloisius Tezza, Paulus Manna, Caietana Sterni et Maria Pilar Izquierdo Albero Beatorum nomine in posterum appellentur eorumque festum: Pauli Petri Gojdič die decima septima Iulii, Methodii Dominici Trčka die vicesima quinta Augusti, Ioannis Antonii Farina die decima quarta Ianuarii, Bartholomaei Fernandes dos Mártires die decima octava Iulii, Aloisii Tezza die vicesima sexta Septembris, Pauli Manna die decima sexta Ianuarii, Caietanae Sterni die vicesima sexta Novembris et Mariae Pilar Izquierdo Albero die vicesima septima Iulii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Coram omnibus hominibus fulgens habetur exemplar praeclarus hic vir sacerque minister, qui totam suam exegit vitam ad Dei hominumque profectum naviter operando, quique strenue cum Romano Pontifice Ecclesiaque Catholica vinculum tuitus est atque insignis fidei exstitit testis, salutifera Domini dona et Evangelii monitiones exhibens cunctis.

Sueta demum oratione habita de vita, virtutibus ac operibus Beatorum, quos modo publice diximus, eos venerati sumus summaque Ipsi cum religione primi invocavimus.

Quae autem decrevimus, volumus nunc et in posterum tempus vim habere, contrariis rebus quibuslibet non officientibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die IV mensis Novembris, anno Domini MMI, Pontificatus Nostri vicesimo quarto.

De mandato Summi Pontificis
✠ ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco ✠ Sigilli
In Secret. Status tab., n. 505.524

II

Venerabili Dei Servo Artemidi Zatti Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Domine [...] quando te vidimus infirmum [...] et venimus ad te? Et respondens rex dicet illis: Amen dico vobis, quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis » (*Mt* 25,39-40).

Hanc doctrinam usque tenuit Artemides Zatti, qui in omnibus aegrotis, suae curae demandatis, ipsum Christi vultum respicit, ad hanc rem modum etiam aptans loquendi, cum exempli causa suscipit puerum duodecim annorum, vestimentum quaerit « Iesu duodecim annorum ». Die XII mensis Octobris anno MDCCCLXXX in oppido *Boretto* Regiensis urbis a pientissima operosaque familia natus est. Re familiari premente, anno MDCCCXCVII Argentinam petit, nominatim Sinum Album. Hic Artemis adulescens Societatis S. Francisci Salesii sodales novit, cuius conditoris S. Ioannis Bosco pellectus est effigie. Anno ideo MCM se confert in oppidum *Bernal* illud affectans Institutum. Liberali instructus studiosoque ingenio cuidam phthisi correpto assidet atque eadem lue afficitur. Mittitur igitur ad valetudinarium quod est in urbe *Viedma* sanitatis reciperandae causa. Inibi, Beatae Virginis Mariae beneficio, quam filiali modo colit, sanatur atque gratiarum agendarum gratia vitam totam suam aegrotis curandis dicat. Die XI mensis Ianuarii anno MCMVIII veluti Coadiutor, religiosus scilicet laicus, vota nuncupat religiosa ipseque die VIII mensis Februarii anno MCMXI vota perpetua facit. Valetudinarii praeses clara caritatis operositatisque praebet exempla atque operam dat ut ne-

cessaria aegrotis suppeditentur. Adulescentem macrocephalum mulieremque mutam valde dilexit. Totum se aegrotis addicit, quos perite curare studet, artem valetudinariam ac pharmacopolae discens. Aegrotos quoque curare innititur qui in urbe versantur. Birota vectus gurgustia visit suburbana, omnibus signa impertiens sui amoris. At haec omnia nihil officiunt quominus cum Deo coniungatur ac pietatis actibus intersit. S. Ioannis Bosco mentem prorsus sectans, inter aegrotos familiares condiciones sanctamque laetitiam instituendas curat ac omnibus simul de Deo loquitur, sui Instituti quasdam excipiens traditiones. Mariae Auxiliatricis prorsus colit devotionem, corollam precatoriam dicendam dum curat paratque mariales festos dies. Cuncti in eo quandam Dei imaginem vident, medici etiam, quorum nonnulli religionem respuentes eiusdem agendi ratione moventur. Praestabili oboedientia valetudinarium solo aequatum admittit ipseque patienter translationis difficultates tolerat atque novi primigenam aedificii incommoditatem sustinet. In eo septuaginta annos nato tumorem detegunt. Paucos post menses serenus suique conscius de hoc mundo die XV mensis Martii anno MCMLI demigravit.

Eius sanctitatis fama post mortem increbrescit. Ipse «sanctus Patagoniae valetudinarius» putatur. Anno MCMLXXX Sinus Albi Episcopus de eius vita, virtutibus sanctitatisque fama incohavit inquisitionem. Die VII mensis Iulii anno MCMXCVII Nos Ipsi eius virtutes heroum in modum exercitas agnovimus. Anno MCMXCVIII in Bonaërensi urbe dioecesana inquisitio de quadam sanatione perficitur, quae anno MCMLXXX evenit eaque Venerabilis Dei Servi intercessioni adscripta. Die XXIV mensis Aprilis anno MMI Nobis coram Decretum de miraculo foras emittitur. Itaque statuimus ut Beatificationis ritus Romae die XIV mensis Aprilis anno MMII celebraretur.

Hodie igitur inter sacra hanc ediximus formulam:

«Nos, vota Fratrum Nostrorum Michaëlis Giordano, Archiepiscopi Neapolitani, Iulii Sanguineti, Episcopi Brixiensis, Petri Cardinalis Rubiano Saenz, Archiepiscopi Bogotensis, Caroli Iosephi Ñáñez, Archiepiscopi Cordubensis in Argentina, Marcelli Angeli Melani, Episcopi Neuqueniani et Administratoris Apostolici Viedmensis, et Romani Arrieta Villalobos, Archiepiscopi Sancti Iosephi in Costarica, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Caietanus Errico, Ludovicus Pavoni, Aloisius Variara, Maria a Transitu a Iesu Sacramentato, Artemides Zatti et Maria Romero Meneses Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum: Caietani Errico die vicesima nona Octobris, Ludovici

Pavoni die vicesima octava Maii, Aloisii Variara die decima quinta Ianuarii, Mariae a Transitu a Iesu Sacramentato die vicesima quinta Augusti, Artemidis Zatti die decima quinta Martii, et Mariae Romero Meneses die septima Iulii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Coram omnibus hominibus fulgens habetur exemplar praeclarus hic vir, unde catholica fides ac probanda opera usque proferantur quae quam plurimos homines afficiant, quo cuncti supernis firmati praesidiis, salutifera Domini dona et Evangelii bona prolixius adipiscantur.

Quod autem decrevimus volumus et nunc et in posterum vim habere, contrariis minime officientibus rebus quibuslibet.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die XIV mensis Aprilis anno Domini MMII, Pontificatus Nostri vicesimo quarto.

De mandato Summi Pontificis
✠ ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco ✠ Sigilli
In Secret. Status tab., n. 514.256

III

Venerabili Dei Servo Ioanni Beyzym Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Nam si evangelizavero, non est mihi gloria; necessitas enim mihi incumbit » (*1 Cor* 9,16).

Concilium Oecumenicum Vaticanum II aperte asserit opus evangelizationis officium esse Populi Dei fundamentale (cfr Decretum de activitate missionali Ecclesiae *Ad gentes,* n. 35). Saeculorum enim decursu plurimi christiani alacrem missionalem exercuerunt navitatem. Quorum in numerum sine dubio Venerabilis ille Dei Servus Ioannes Beyzym est ascribendus, qui prius Poloniae inter iuvenes studiosam educationis operam explevit, deinde vero Madagascariae fratribus leprosis se dedit atque salvificum Christi nuntium diligenter proclamavit. Fidelis ille Ecclesiae filius in Orientali Polonia, tunc temporis Russiae subiecta, loco vulgo *Beyzymy Wielkie* die XV mensis Maii anno MDCCCL est ortus. Parentes, genere nobiles, solidam filio dederunt christianamque formationem. Anno MDCCCLXIII, ob irritam adversus Russos seditionem, pater eius in exteras emigravit nationes; Ioannes vero varios suscepit

labores ut familiam sustentaret. Lyceum frequentans vocari persensit ad se Domino omnino vovendum. Mense Decembri anno MDCCCLXXII novitiatum Societatis Iesu in loco *Stara Wieś* est ingressus atque, aliquot post annos, prima nuncupavit vota. Tum philosophica tum theologica institutione expleta, die XXVI mensis Iulii sacro presbyteratus ordine est exornatus. Munera deinde exercens studiorum praefecti et docentis apud Collegia in locis *Tarnopol* et *Chyrów* peculiari eminuit opera pro bono iuvenum qui in arduis versabantur vitae condicionibus. De superiorum licentia, anno MDCCCXCVIII Madagascariam petiit ubi totum se tradidit vehementi frugiferoque leprosorum apostolatui. Die ac nocte adlaborabat ut aegrotorum dolores angustiasque levaret eorumque sortis adiuncta transformaret. Consilium cepit valetudinarium aedificandi quod, innumeris superatis difficultatibus, anno MCMXI apertum est. Varia vitae discrimina oppetens, peculiarem fidem demonstravit, quam assidua pietate erga Eucharistiam et Beatam Virginem Mariam diligenter aluit. Spiritali in itinere beatitudinem aeternam assequi cupiebat, fiduciam ostendens in divinam Providentiam ac profundam animi tranquillitatem. Caritas Christi urgebat eum ad patriam relinquendam atque plurima officia obeunda pro spiritali corporalique leprosorum bono in quibus ille vultum ipsius Redemptoris contemplari consueverat. Fideles suae pastorali curae concreditos sapienter direxit divina consilia prae oculis habens. Rebus terrenis hominumque honoribus spiritalem ubertatem anteponens, summa vixit in paupertate, humilitate et oboedientia erga ecclesiasticam legem et moderatorum praecepta. Laboribus morboque consumptus, die II mensis Octobris anno MCMXII pie in Domino obdormivit.

Sanctimoniae fama crescente post illius obitum, anno MCMLXXXIV inquisitio dioecesana apud Curiam Cracoviensem et Fianarantsoaënsem est incohata. Omnibus legibus diligenter expletis, Nobis coram die XXI mensis Decembris anno MCMXCII declaratum est hunc Dei Servum virtutes theologales et cardinales iisque adnexas heroum in modum exercuisse. Die V mensis Iulii anno MMII decretum super miraculo prodiit quod eiusdem Venerabilis Servi intercessioni adsignatum erat. Statuimus igitur ut beatificationis ritus, occasione data itineris Nostri Pastoralis, die XVIII mensis Augusti anno MMII Cracoviae perageretur.

Hodie igitur inter Missarum sollemnia hanc protulimus formulam:

« *Spełniając życzenie naszych braci Józefa Kardynała Glempa, Arcybiskupa Metropolity Warszawskiego, Józefa Michalika, Arcybiskupa Metropolity Przemyskiego, Franciszka Kardynała Macharskiego, Arcybiskupa Metropolity Krakowskiego i Stanisława Gądeckiego, Arcybiskupa Metropolity Poznańskiego jak*

również wielu innych braci w biskupstwie oraz licznych wiernych, za radą Kongregacji Spraw Kanonizacyjnych, naszą, Władzą, Apostolską zezwalamy, aby odtąd Czcigodnym Sługom Bożym: Zygmuntowi Szczęsnemu Felińskiemu, Janowi Balickiemu, Janowi Beyzymowi oraz Sancji Szymkowiak przysługiwał tytuł błogosławionych, i aby ich święta obchodzono w miejscach i w sposób określony przez Prawo. Dla Zygmunta Szczęsnego Felińskiego będzie to corocznie 17 września, dla Jana Balickiego 24 października, dla Jana Beyzyma 12 października, a dla Sancji Szymkowiak 18 sierpnia.

W imię Ojca i Syna, i Ducha Świętego ».

Praeclarus hic vir insignes dedit religiosae pietatis operumque honorificorum testificationes claramque in spiritali itinere significationem. Is ideo coram omnibus fulgens habetur exemplar, unde catholica fides et navitas usque proferantur et quam plurimos homines attingant.

Quae autem his Litteris decrevimus, nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Cracoviae, sub anulo Piscatoris, die XVIII mensis Augusti, anno Domini MMII, Pontificatus Nostri vicesimo quarto.

De mandato Summi Pontificis
✠ ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco ✠ Sigilli
In Secret. Status tab., n. 519.834

IV

Venerabili Dei Servo Andreae Hyacintho Longhin Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Omnia omnibus me efficere ut Iesu Christo omnes lucri faciam: ecce hoc agere studeo, hoc meum propositum est ».

Hoc cum consilio Venerabilis Servus Dei Andreas Hyacinthus Longhin ecclesiali communitati Tarvisinae se exhibuit. Ipse enim simili ardore atque Apostolus Paulus, qui omnium se fecit servum ut aliquem quovis modo servaret (cfr *1 Cor* 9,22), sine intermissione nisus est ad Christum animas perducere; veritatis fuit praeco et vindex adversus omnem doctrinae errorem; sacerdotibus patrem se praestitit studiosumque pastorem universis fidelibus pastorali curae suae commendatis, quibus semper proximus adstitit praesertim difficultatum temporibus. Hic Ecclesiae filius die XXII Novembris anno

MDCCCLXIII apud *Fiumicello di Campodarsego*, provinciae ac dioecesis Patavinae, ortus est ex domo et familia rustica valdeque religiosa. Parentes iuvenis ille in camporum operibus adiuvabat ac simul impense operam studiis navabat ut solidam in cultu humano ac religione eruditionem adipisceretur. Iam a puero Sacramenta assidue percipiebat. Cum eius ad vitam sacerdotalem ac religiosam maturuisset vocatio, annos circiter XVI natus novitiatum introiit Fratrum Minorum Capuccinorum apud *Bassano del Grappa*, nomenque Andream in Ordine sumpsit. Iam hoc tempore moribus suis in exemplum praestabat, praesertim humilitate ac studio omnibus in iis rebus quae cultum respiciebant Domino reddendum. Die XXVIII mensis Augusti anno MDCCCLXXX temporaria nuncupavit vota tribusque post annis sollemnia. Studiis fructuose peractis, sacerdos est die XIX mensis Iunii anno MDCCCLXXXVI initiatus. Deinde plures annos munere est spiritalis moderatoris ac iuvenum Capuccinorum magistri perfunctus, cum sapiens emineret dux et certus. Anno MCMII provincialis minister est destinatus. Episcopum eum Tarvisinum fieri voluit die XIII mensis Aprilis anno MCMIV sanctus Pius X quem ipse intime cognovit. Romae paucis transactis diebus episcopatu est auctus. Suum persequens ministerium effulgebat ob efficacitatem ardoremque praedicandi. Singulari sollicitudine catechesim curabat tum iuvenum tum etiam seniorum. Dioecesanum Seminarium redintegravit atque cleri spiritalia exercitia fovit secundum institutionis formam a se ipso quotannis excogitatam. Pastoralem sacerdotum actuositatem definitis monitionibus dirigebat quarum exsecutionem tempore visitationum pastoralium comprobabat. Magni industriam laicatus catholici aestimabat quos valde incitabat ut socialem Ecclesiae doctrinam ad effectum deducerent. Flagrante bello MCMXV-MCMXVIII paterno animo pauperibus opitulabatur et profugis. Maximo etiam instante periculo recusabat ne suam desereret dioecesim ut maxime indigentibus auxilio esse posset ac solacio idemque ut facerent sacerdotes hortabatur. Profligato denique bello opus provexit restitutionis morum ac rerum et omnes monuit societatem ut exstruerent super solida Evangelici nuntii fundamenta, non super opinationes mendaces. Institutorum catholicorum operam incitabat nec non confraternitatum piarumque consociationum. Aliquamdiu dioecesis Patavinae etiam Apostolicus fuit Administrator ac deinde pariter archidioecesis Utinensis Apostolicus Administrator et Visitator. Firmae vir fidei per sacram Liturgiam eandem illam aluit virtutem sicut etiam per precationem perpetuam, pietatem erga Sanctissimum Sacramentum ac Virginem Mariam, tandem per lectionem Verbi Dei ac ponderationem. Oculos semper defigebat bonis in caelestibus suosque fideles adhortabatur ne « bona animae neglegerent ». Homines dolore conflictatos sustentabat dum fiduciam de Domini tutela instillabat. Valetudinaria crebro invisebat et orphanotrophia tum etiam carceres ut

lucis Christi consolationem adflictis praeberet. Tarvisinam prudenter gubernavit dioecesim et, priusquam graviora caperet consilia, humili animo adiumentum petebat aliorum illuminatorum et idoneorum. Quotquot ad eum consilium petituri decurrebant numquam non opportuna excipiebant monita. Iudicia prolaturus non se sinebat peculiaribus amicitiis aut favore erga quemquam permoveri. Superioribus ecclesiasticis docilem semper se praebuit atque etiam observantem auctoritatum civilium. Vehementer numquam dubitavit reclamare quotiens Ecclesiae aut fidelium violabantur iura. Fortitudinem demonstrabat cum resisteret impulsionibus contra clerum et etiam massonicis quae eo tempore percrebrescebant. Velut germanus frater Franciscalis sobriam transegit vitam asperisque sese subiecit paenitentiis paupertatem ac simplicitatem factitans. Propriam cohibuit indolem quae suapte natura vehementior erat. Fatigationibus pro Christi Regno susceptis ipse iam absumptus autumno anni MCMXXXV subiit arteriosclerosim progredientem nonnullisque post mensibus etiam lateris dexteri paralysim. Cum decumberet, licet suam deprimentem animadvertere condicionem numquam lamentum sustulit et valde eos permovit qui ei adsistebant. Inter Domini brachia die XXVI Iunii anno MCMXXXVI pientissime obdormivit. Propter diffusam sanctitatis famam anno MCMLXIV Processus Informativus incohatus est et anno MCMLXVII terminatus. Omnibus rite completis, quae ius hac de re statuit, coram Nobis prodiit Decretum super virtutibus heroum in modum exercitis die XXI Decembris MCMXCVIII anno ac deinde Decretum super miraculo die XXIII Aprilis anno MMII est approbatum. Constituimus igitur ut beatificationis ritus Romae die XX subsequentis mensis Octobris perageretur.

Hodie igitur inter Missarum sollemnia in area Sancti Petri hanc protulimus formulam:

« Nos, vota Fratrum Nostrorum Ioannis Baptistae Odama, Archiepiscopi Guluensis, Pauli Magnani, Episcopi Tarvisini, Severini Cardinalis Poletto, Archiepiscopi Taurinensis, Iacobi Barabino, Episcopi Ventimiliensis-Sancti Romuli, et Antonii Mattiazzo, Archiepiscopi-Episcopi Patavini, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei David Okelo et Gildo Irwa, Andreas Hyacinthus Longhin, Marcus Antonius Durando, Maria a Passione Helena Maria de Chappotin de Neuville et Liduina Meneguzzi Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum: Davidis Okelo et Gildonis Irwa die vicesima Octobris, Andreae Hyacinthi Longhin die vicesima sexta Iunii, Marci Antonii Durando die decima Decembris, Mariae a Passione Helenae Mariae de Chappotin de Neuville die decima quinta No-

vembris et Liduinae Meneguzzi die secunda Decembris in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Praeterea, quem ad modum numquam non Nobis accidit, etiam nunc, praeclara offertur optandi precandique occasio ut huius Beati Caelitis agnitus ab Ecclesia honor plurimum quidem conferat non modo ad christifidelium augendam pietatem verum etiam eorum ad roborandam fidem, cum viderint quantum hodie quoque sanctitas valeat eiusque proficiat in terris testificatio.

Quae autem his Litteris decrevimus, nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae, sub anulo Piscatoris, die XX mensis Octobris, anno Domini MMII, Pontificatus Nostri vicesimo quinto.

De mandato Summi Pontificis
✠ ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco ✠ Sigilli
In Secret. Status tab., n. 530.323

V

Venerabili Dei Servae Mariae a Passione natae Helenae Mariae Philippinae de Chappotin de Neuville caelitum Beatarum tribuitur dignitas.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — « Unus (...) Deus, unus et mediator Dei et hominum, homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus » (*1 Tim* 2, 5-6).

Ex sibi divinitus credito munere vocatur Ecclesia ut universis hominibus salutis perferat nuntium, unde Redemptionis beneficiis a Christo effectae perfrui valeant (cfr. Concilium Oecumenicum Vaticanum II, Decretum de activitate missionali Ecclesiae *Ad gentes*, n. 5). Huic ipsi evangelizandi operae contulit suas partes Maria a Passione, Helena Maria Philippina de Chappotin de Neuville baptizata, per caritatem actuosam unicumque sese devovendi studium. Ita profecto quod a Deo receperat aliis tradidit.

Haec nata est Christi testis die XXI mensis Maii anno MDCCCXXXIX in urbe Galliae Nannetensi nobili quidem ac religiosa de stirpe. Post pueritiam, ubi documenta eminentis spiritualitatis reddidit, ad vitae propositum franciscale sese allici sensit et mense Decembri anno MDCCCLX adnuente prius loci episco-

po coenobium intravit Virginum Claralium. Cum esset adhuc postulans, a Spiritu intus impulsa se pro Pontifice hostiam obtulit sed paulo post gravi conflictata morbo claustrum deserere debuit. Ut denique convaluit, suo a confessario est ad Societatem Mariae Reparatricis directa quam anno MDCCCLXIV est ingressa. Adhuc etiam novicia in Indiam est emissa videlicet in Apostolicum Vicariatum Madurensem. Sedula virtutum exercitatio cum claris eius naturae dotibus coniuncta plane effecit ut magnam passim experiretur aestimationem. Paucis propterea suum post adventum annis creata antistita illius loci est ac deinde trium monasteriorum praefecta provincialis. Ea igitur praeeunte complura caritatis opera sunt completa, qualia fuerunt scholae et orphanorum hospitia et asyla. Sagaci quidem sua moderatione tranquillitatem reducere potuit in provinciam illam missionalem quae variis tunc turbabatur dissensionibus internis. Plures propter subsequentes difficultates et calumniosas accusationes ipsam deseruit Societatem Mariae Reparatricis nonnullisque cum sociis in tutelam concessit Vicarii Apostolici Coimbaturensis, quo deinde persuadente Romam se contulit ut Pontifici Beato Pio IX suam exhiberet vitae religiosae adhuc ducendae voluntatem. VI igitur die Ianuarii mensis anno MDCCCLXXVII necessariam Beatissimus Pater concessit approbationem sicque Congregatio Missionariarum Mariae est coorta cuius Venerabilis Serva Dei novitiatum in Gallia apud locum «Saint Brieuc» condidit. Quibusdam vehementer eam oppugnantibus anno MDCCCLXXXIII officio antistitae est privata verumtamen post inquisitionem a Leone XIII mandatam ut eventorum et factorum natura statueretur, agnita est illa plane innocens iterumque electa ad munus illud explendum quod ei immerito erat abreptum. Ab ea excitata religiosa familia die XII mensis Augusti anno MDCCCLXXXV Ordini Fratrum Minorum est commendata novo nomine sumpto «Franciscanarum Missionariarum Mariae». Eodem praeterea die laudis prodiit Decretum deindeque sunt comprobatae Constitutiones. Progredientibus annis tam intra quam extra Continentem Europae terram complures apertae sunt domus quas Dei Serva crebro invisebat. Anno MCM martyrio funditus conturbata est quod in Sinis septem eius religiosae sorores pertulerunt quas quidem Nos ipsi Kalendis Octobribus Iubilaei Anno MM in Sanctarum album rettulimus una cum plurimis aliis fidei testibus. Ubicumque acciderat ut ipsa operaretur, suam sine dubitatione fidem in Christum atque Ecclesiam est testificata. Vitam praeterea spiritualem per Eucharistiae sacramenti adorationem aluit nec non fervidam ac perpetuam precationem, tum etiam per lectionem et ponderationem Dei Verbi Patrumque Ecclesiae operum. Virgini Sanctissimae teneram devotionem in filiae modum nutrivit cuius exemplum sectari voluit sese Domini consiliis tota committenda. Pacem interiorem, cum fidenter se in Dei manibus relinqueret, semper inveniebat. Uti hostiam sese

obtulit Christum in Ipsius Paschali mysterio imitata suasque omnes pro Regno Dei profudit vires nec non hominum aeterna salute. Immenso pauperes et desertos atque derelictos amore prosequebatur. Congregationem, cui initium dedit, prudenter gubernavit propriarumque spiritualium filiarum studiose curavit institutionem. Ecclesiae leges in exemplum asservavit nec non Instituti sui Regulam. Pro sociali iustitia etiam se impendebat, sibi cum persuasisset hoc modo evangelizandi opus adiutum iri valde. Mulieris promotionem incitabat omniumque ad ordines sociales inferiores pertinentium. Constantem se in difficultatibus praebuit adfectu prorsus franciscali a semet ipsa seiuncta omnibusque rerum divitiis. In humilitate vixit ac simplicitate atque evangelica implevit consilia. Fatigationibus complurium itinerum confecta atque vitae ipsius suae impendio consumpta post breviorem aegrotationem die XV mensis Novembris anno MCMIV Sancti Remi obiit.

Ob sanctitatis disseminatam famam anno MCMXVIII est Processus Informativus susceptus. Omnibus deinde rite, quae ius ipsum statuit, peractis Nostro in conspectu Decretum de virtutibus heroicis die XXVIII mensis Iunii anno MCMIC prodiit ac deinde super miraculo Decretum comprobavimus die Aprilis XXIII anno MMII, cum simul ritus beatificationis constituimus ut Romae subsequenti die XX Octobris mensis concelebraretur.

Hodie igitur inter Missarum sollemnia in area Sancti Petri hanc protulimus formulam:

« Nos, vota Fratrum Nostrorum Ioannis Baptistae Odama, Archiepiscopi Guluensis, Pauli Magnani, Episcopi Tarvisini, Severini Cardinalis Poletto, Archiepiscopi Taurinensis, Iacobi Barabino, Episcopi Ventimiliensis-Sancti Romuli, et Antonii Mattiazzo, Archiepiscopi-Episcopi Patavini, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes, de Congregationis de Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei David Okelo et Gildo Irwa, Andreas Hyacinthus Longhin, Marcus Antonius Durando, Maria a Passione Helena Maria de Chappotin de Neuville et Liduina Meneguzzi Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum:

Davidis Okelo et Gildonis Irwa die vicesima Octobris, Andreae Hyacinthi Longhin die vicesima sexta Iunii, Marci Antonii Durando die decima Decembris, Mariae a Passione Helenae Mariae de Chappotin de Neuville die decima quinta Novembris et Liduinae Meneguzzi die secunda Decembris in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Quibus prolatis verbis, pio quidem studio orationem habuimus qua tum eximiam huius beatae vitam laudibus extulimus, tum singulas simul christianas virtutes. Nos deinde publice pariter cum adstantibus cunctis illam sumus

venerati et consentanea nimirum prece Ipsi primi eam in adiutorium omnium nostrum invocavimus.

Quae autem his Litteris decrevimus, nunc et in posterum rata et firma esse volumus, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae, sub anulo Piscatoris, die XX mensis Octobris, anno MMII, Pontificatus Nostri quinto et vicesimo.

De mandato Summi Pontificis
✠ ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco ✠ Sigilli
In Secret. Status tab., n. 530.580

VI

In Republica Democratica Timoriae Orientalis Nuntiatura Apostolica conditur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Ad plenius confirmandas necessitudinis rationes, quae inter hanc Apostolicam Sedem et Rempublicam Democraticam Timoriae Orientalis feliciter sunt initae, simulque ad aptius providendum evangelizationis operi atque spirituali regimini catholicorum fidelium illic degentium, Nobis peropportunum videtur in memorata Natione Apostolicam Nuntiaturam condere. De communi igitur utriusque partis voto, audita quoque Congregatione pro Gentium Evangelizatione, summa Nostra potestate harumque Litterarum virtute in Republica Democratica Timoriae Orientalis Nuntiaturam Apostolicam constituimus, factis omnibus iuribus, privilegiis, honoribus, praerogativis et indultis, quae huiusmodi Legationum, praesertim earum sub iurisdictione Congregationis, quam diximus, propria sunt, mandantes ut eius sedes in urbe Diliensi ponatur. Has denique Litteras, in forma Brevis maioris expeditas, iugiter ratas esse volumus, contrariis quibuslibet rebus non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXIV mensis Iunii, anno Domini MMIII, Pontificatus Nostri vicesimo quinto.

De mandato Summi Pontificis
✠ ANGELUS card. SODANO
Secretarius Status

Loco ✠ Plumbi
In Secret. Status tab., n. 542.060

CONVENTIO

INTER APOSTOLICAM SEDEM ET ITALIAM DE PREVIDENTIA SOCIALI

La Santa Sede e la Repubblica Italiana

animate dal desiderio di regolare i mutui rapporti nel campo della sicurezza sociale, tenuto conto della specificità della Santa Sede e della particolarità dei suoi rapporti con l'Italia, hanno convenuto di concludere in proposito una Convenzione ed hanno concordato quindi le seguenti disposizioni.

TITOLO I

DISPOSIZIONI GENERALI

Articolo 1

Definizioni

1. Ai fini della presente Convenzione i termini sottoindicati hanno il seguente significato:

a) «Parti contraenti»: la Santa Sede e la Repubblica Italiana;

b) «Legislazione»: le leggi, i decreti, i regolamenti ed ogni altra disposizione esistente o futura, concernenti i regimi ed i settori di sicurezza sociale vigenti in ciascuna Parte contraente, elencati nell'articolo 2 della presente Convenzione;

c) «Autorità competente»:

per quanto riguarda la Santa Sede:

l'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica;

per quanto riguarda la Repubblica Italiana:

il Ministero del Lavoro e della Previdenza Sociale;

il Ministero della Sanità, per le prestazioni sanitarie conseguenti agli infortuni sul lavoro e malattie professionali.

d) «Istituzione competente»: l'Istituzione alla quale l'interessato è iscritto al momento della domanda di prestazioni o l'Istituzione nei cui confronti l'interessato ha diritto a prestazioni o ne avrebbe diritto se egli o i suoi

familiari risiedessero sul territorio della Parte contraente nella quale tale Istituzione si trova;

e) « Organismo di collegamento »: l'Ufficio incaricato dall'Autorità competente di comunicare con l'omologo Ufficio dell'altra Parte e di fare da tramite con le Istituzioni competenti delle due Parti contraenti, ai fini dell'applicazione della presente Convenzione;

f) « Parte competente »: la Parte contraente nel cui territorio si trova l'Istituzione competente;

g) « Lavoratori »: le persone di cui all'articolo 3 che possono far valere periodi di assicurazione ai sensi delle legislazioni di cui all'articolo 2 della presente Convenzione;

h) « Dipendenti vaticani »: i dipendenti della Santa Sede, dello Stato della Città del Vaticano, nonché degli Enti centrali della Chiesa Cattolica e degli Enti gestiti direttamente dalla Santa Sede indicati nell'elenco da allegarsi all'« Accordo Amministrativo di applicazione » di cui all'articolo 34, che potrà essere aggiornato dall'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica in accordo con il Ministero del Lavoro e della Previdenza Sociale;

i) « Familiari »: le persone definite o riconosciute come tali dalla legislazione di ciascuna delle Parti contraenti;

l) « Superstiti »: le persone definite come tali dalla legislazione di ciascuna delle Parti contraenti;

m) « Residenza »: dimora abituale;

n) « Soggiorno »: dimora temporanea;

o) « Periodi di assicurazione »: periodi di contribuzione, di occupazione o assimilati, così come definiti o presi in considerazione dalla legislazione della Parte contraente in base alla quale sono stati compiuti;

p) « Prestazioni in denaro »: le prestazioni economiche stabilite dalla legislazione applicabile e tutti i supplementi e gli aumenti previsti da detta legislazione, nonché le prestazioni in capitale sostitutive delle pensioni o rendite;

q) « Prestazioni in natura »: ogni prestazione consistente nell'erogazione di beni o servizi suscettibili di valutazione in denaro;

r) « Prestazioni familiari »: tutte le prestazioni in natura od in denaro destinate a compensare i carichi familiari.

2. Qualsiasi altra espressione o termine utilizzato nella presente Convenzione ha il significato che ai termini stessi viene attribuito dalla legislazione che risulti applicabile.

Articolo 2

Campo di applicazione quanto alla materia

1. La presente Convenzione si applica:

Alle legislazioni della Santa Sede concernenti:

a) il regime per le pensioni di inabilità, vecchiaia e superstiti;

b) il regime per gli infortuni sul lavoro e le malattie professionali;

c) il regime delle prestazioni familiari.

Alle legislazioni della Repubblica Italiana concernenti:

a) l'assicurazione generale obbligatoria per l'invalidità, la vecchiaia e i superstiti dei lavoratori dipendenti e le gestioni speciali dei lavoratori autonomi di detta assicurazione;

b) le prestazioni familiari;

c) i regimi speciali sostitutivi dell'assicurazione generale stabiliti per determinate categorie di lavoratori, in quanto si riferiscano a prestazioni o rischi coperti dalle legislazioni indicate alle lettere precedenti;

d) l'assicurazione contro gli infortuni sul lavoro e le malattie professionali.

2. La presente Convenzione si applicherà, ugualmente, alle legislazioni che completeranno o modificheranno le legislazioni di cui al precedente comma.

3. La presente Convenzione si applicherà, altresì, previo accordo delle Autorità competenti delle due Parti contraenti, alle legislazioni di una Parte contraente che estendano i regimi esistenti a nuove categorie di lavoratori o che istituiscano nuovi regimi di sicurezza sociale.

4. La presente Convenzione non si applica alle legislazioni italiane relative all'assegno sociale ed alle altre prestazioni non contributive erogate a carico di fondi pubblici, nonché all'integrazione al trattamento minimo, salvo quanto previsto all'articolo 14.

Articolo 3

Campo di applicazione quanto alle persone

La presente Convenzione si applica, indipendentemente dalla loro cittadinanza, ai lavoratori subordinati o autonomi, ai dipendenti vaticani e al personale che secondo la legislazione applicabile è ad essi assimilato, che sono o sono stati soggetti alla legislazione di una o di entrambe le Parti contraenti, nonché ai loro familiari e superstiti.

Articolo 4

Parità di trattamento

Con riserva delle disposizioni della presente Convenzione, le persone alle quali essa si applica sono sottoposte agli obblighi e sono ammesse ai benefici della legislazione di sicurezza sociale di ciascuna Parte contraente alle stesse condizioni delle persone che sono soggette unicamente alla legislazione di sicurezza sociale di tale Parte contraente.

Articolo 5

Esportabilità delle prestazioni

Salvo quanto diversamente disposto dalla presente Convenzione, le persone che hanno diritto a prestazioni in denaro, in base alle legislazioni di sicurezza sociale elencate al precedente articolo 2, le ricevono integralmente e senza limitazioni o restrizioni, ovunque esse risiedano.

Articolo 6

Ammissione all'assicurazione volontaria

1. Se la legislazione di una Parte contraente subordina l'ammissione all'assicurazione volontaria al compimento di periodi di assicurazione, i periodi assicurativi compiuti in virtù della legislazione di tale Parte si cumulano, in quanto necessario, con quelli compiuti in virtù della legislazione dell'altra Parte contraente, a condizione che essi non si sovrappongano e che vi sia stato almeno un anno di effettiva contribuzione nella prima Parte contraente.

2. La disposizione di cui al comma 1 non autorizza la coesistenza dell'iscrizione all'assicurazione obbligatoria in virtù della legislazione di una Parte

contraente ed all'assicurazione volontaria in virtù della legislazione dell'altra Parte contraente, se tale coesistenza non è ammessa dalla legislazione di quest'ultima Parte.

Articolo 7

Divieto di cumulo

1. Le disposizioni in materia di riduzione, sospensione o soppressione previste dalla legislazione di una Parte contraente, in caso di cumulo di una prestazione di sicurezza sociale con altra prestazione di sicurezza sociale o con altri redditi di qualsiasi natura, sono opponibili al beneficiario anche se si tratta di prestazioni acquisite in base alla legislazione dell'altra Parte contraente o di redditi ottenuti nel territorio di quest'ultima Parte. Tuttavia, questa norma non si applica se l'interessato beneficia di prestazioni della stessa natura per invalidità, vecchiaia, morte (pensioni), infortunio o malattia professionale, liquidate dalle Istituzioni delle due Parti contraenti.

2. Le clausole di riduzione, di sospensione o di soppressione previste dalla legislazione di una Parte contraente, nel caso in cui il beneficiario di prestazioni di sicurezza sociale eserciti un'attività professionale, sono applicabili anche se egli esercita la propria attività sotto la legislazione dell'altra Parte contraente.

3. Ai fini dell'attuazione del presente articolo, le Istituzioni competenti delle Parti contraenti sono tenute a scambiarsi le necessarie informazioni.

TITOLO II

DISPOSIZIONI RELATIVE ALLA LEGISLAZIONE APPLICABILE

Articolo 8

Norme generali

1. Il lavoratore cui si applica la presente Convenzione è soggetto alla legislazione di una sola Parte contraente. Tale legislazione è determinata in conformità alle disposizioni del presente Titolo.

2. Salvo quanto disposto agli articoli 9 e 10 della presente Convenzione:

a) il lavoratore occupato nel territorio di una Parte contraente è soggetto alla legislazione di tale Parte anche se risiede nel territorio dell'altra Parte contraente;

b) i dipendenti vaticani, indipendentemente dalla loro cittadinanza, e il personale che secondo la legislazione applicabile è ad essi assimilato, sono soggetti alla legislazione della Santa Sede.

Articolo 9

Norme particolari

1. La norma di cui al precedente articolo 8, comma 2, lettera *a*), prevede le seguenti eccezioni:

a) il lavoratore dipendente da un'impresa avente la propria sede sul territorio di una delle due Parti contraenti, che sia inviato sul territorio dell'altra Parte per un limitato periodo di tempo, continua ad essere sottoposto alla legislazione della Parte in cui l'impresa ha la propria sede, purché la sua permanenza sul territorio dell'altra Parte non superi il periodo di sessanta mesi;

b) i lavoratori autonomi che esercitano la propria attività sul territorio di entrambe le Parti contraenti sono soggetti alla legislazione della Parte sul cui territorio risiedono. I relativi contributi vengono calcolati sul reddito complessivo prodotto nel territorio delle due Parti;

c) i lavoratori subordinati, non dipendenti vaticani, occupati nel territorio dello Stato della Città del Vaticano sono soggetti alla legislazione della Repubblica Italiana, con le modalità da stabilirsi nell'Accordo Amministrativo di cui all'articolo 34 della presente Convenzione.

2. La norma di cui al precedente articolo 8, comma 2, lettera *b*), è applicata tenuto conto della seguente eccezione:

i dipendenti vaticani, cittadini italiani, appartenenti ad alcune categorie di lavoratori da precisare nell'Accordo Amministrativo, sono iscritti, per gli eventi non già coperti dalle Istituzioni della Santa Sede, alle Istituzioni italiane per le legislazioni concernenti l'assicurazione per la vecchiaia, l'invalidità e i superstiti e per l'assicurazione contro gli infortuni sul lavoro e le malattie professionali in conformità alle Convenzioni stipulate o da stipulare tra le Istituzioni della Santa Sede e della Repubblica Italiana.

Articolo 10

Disposizioni varie

Le Autorità competenti delle due Parti contraenti possono prevedere di comune accordo, in deroga alle disposizioni degli articoli 8 e 9 della presente Convenzione, che resti applicabile la legislazione della Parte contraente cui appartiene il lavoratore, ogni qualvolta, per la sua età, per la frequenza dei trasferimenti o per il loro carattere eccezionale, sarebbe meno favorevole per il lavoratore stesso l'applicazione della legislazione della Parte contraente sul cui territorio viene esercitata l'attività.

TITOLO III

DISPOSIZIONI PARTICOLARI ALLE VARIE CATEGORIE DI PRESTAZIONI

Capitolo I

INVALIDITÀ, VECCHIAIA E SUPERSTITI

Articolo 11

Totalizzazione dei periodi di assicurazione e liquidazione delle prestazioni

1. *a*) Ai fini dell'acquisizione, del mantenimento o del recupero del diritto alle prestazioni, quando un lavoratore è stato sottoposto successivamente o alternativamente alla legislazione di entrambe le Parti contraenti, i periodi di assicurazione compiuti in virtù della legislazione di ciascuna delle due Parti contraenti sono totalizzati, in quanto non si sovrappongano.

b) Se la legislazione di una Parte contraente subordina la concessione di alcune prestazioni alla condizione che i periodi di assicurazione siano stati compiuti in una professione soggetta ad un regime speciale, per determinare il diritto a dette prestazioni sono totalizzati soltanto i periodi compiuti in un regime equivalente dall'altra Parte contraente o, in mancanza, nella stessa professione o occupazione, anche se nell'altra Parte non esiste un regime speciale per detta professione o occupazione.

Se il totale di detti periodi di assicurazione non consente l'acquisizione del diritto a prestazioni nel regime speciale, detti periodi saranno utilizzati per determinare il diritto a prestazioni nel regime generale.

c) Qualora un lavoratore non raggiunga il diritto alle prestazioni in base a quanto disposto alle precedenti lettere *a*) e *b*):

1) sono presi in considerazione anche i periodi di assicurazione compiuti in Stati terzi legati ad ambedue le Parti contraenti da distinte convenzioni di sicurezza sociale che prevedano la totalizzazione dei periodi di assicurazione;

2) se soltanto una delle Parti contraenti è legata ad un altro Stato da una Convenzione di sicurezza sociale che preveda la totalizzazione dei periodi di assicurazione, ai fini indicati nel presente comma, detta Parte contraente prende in considerazione i periodi di assicurazione compiuti nel terzo Stato: tale disposizione si applica esclusivamente ai cittadini degli Stati membri dell'Unione Europea.

2. Qualora un lavoratore soddisfi le condizioni stabilite dalla legislazione di una delle Parti contraenti per il conseguimento del diritto alle prestazioni, senza che sia necessario ricorrere alla totalizzazione dei periodi di assicurazione di cui al precedente comma 1, l'Istituzione competente di tale Parte è tenuta a concedere l'importo della prestazione calcolata unicamente sulla base dei periodi di assicurazione compiuti sotto la legislazione che essa applica. Tale disposizione si applica anche nel caso in cui l'assicurato abbia diritto, da parte dell'altra Parte contraente, ad una prestazione calcolata ai sensi del successivo comma 3.

3. Qualora un lavoratore non possa far valere il diritto alle prestazioni a carico di una Parte contraente sulla base dei soli periodi di assicurazione compiuti in tale Parte, l'Istituzione competente di detta Parte accerta l'esistenza del diritto alle prestazioni totalizzando i periodi di assicurazione compiuti in virtù della legislazione di ciascuna delle Parti contraenti e ne determina l'importo secondo le seguenti regole:

a) determina l'importo teorico della prestazione cui l'interessato avrebbe diritto se tutti i periodi di assicurazione totalizzati fossero stati compiuti sotto la legislazione che essa applica;

b) stabilisce, quindi, l'importo effettivo della prestazione spettante all'interessato riducendo l'importo teorico, di cui alla lettera *a*), in base al rapporto

tra i periodi di assicurazione compiuti in virtù della legislazione che essa applica ed il totale dei periodi di assicurazione compiuti in entrambe le Parti;

c) se la durata totale dei periodi di assicurazione, maturati in base alla legislazione di entrambe le Parti contraenti, è superiore alla durata massima prescritta dalla legislazione di una Parte contraente per beneficiare di una prestazione completa, l'Istituzione competente prende in considerazione questa durata massima in luogo della durata totale dei periodi in questione.

4. Se la legislazione di una Parte contraente prevede che le prestazioni siano calcolate in relazione all'importo delle retribuzioni, dei redditi professionali o dei contributi, l'Istituzione, che deve determinare la prestazione in base al presente articolo, prende in considerazione esclusivamente le retribuzioni, i redditi professionali percepiti o i contributi versati in conformità con la legislazione che essa applica.

5. Se ai sensi della legislazione italiana la prestazione, il cui diritto sorge in base al presente articolo, deve essere liquidata in tutto o in parte sulla base dell'importo dei contributi versati o accreditati, l'Istituzione competente determina l'ammontare, rispettivamente dell'intera pensione o della quota di essa, con il metodo di calcolo nazionale, anziché con quello previsto dal comma 3 del presente articolo.

6. Nonostante quanto disposto al comma 1, se la durata totale dei periodi di assicurazione compiuti sotto la legislazione di una Parte contraente non raggiunge un anno e se, tenendo conto di questi soli periodi, non si acquisisce alcun diritto alle prestazioni in virtù di detta legislazione, l'Istituzione di questa Parte non sarà tenuta a corrispondere prestazioni per detti periodi. L'Istituzione competente dell'altra Parte contraente deve tenere invece conto di tali periodi, sia al fine dell'acquisizione del diritto alle prestazioni, sia per il calcolo di esse.

7. Qualora debba essere applicato il comma 1, lettera *c*), del presente articolo, sia l'importo teorico che il rapporto tra i periodi assicurativi di cui al comma 3, lettere *a*) e *b*), del presente articolo, vengono determinati tenendo conto anche dei periodi compiuti in Stati terzi.

La presente disposizione non potrà comportare che, per uno stesso periodo di assicurazione, una delle due Parti contraenti sia tenuta ad erogare più di una prestazione della stessa natura, autonoma o in pro-rata.

Articolo 12

Rivalutazione o modifica delle prestazioni e nuovo calcolo delle medesime

1. Se per l'aumento del costo della vita, per la variazione del livello delle retribuzioni o per altre cause di adeguamento, le prestazioni delle Parti contraenti sono modificate di una percentuale determinata o di un importo determinato, tale percentuale o importo deve essere applicato direttamente alle prestazioni stabilite conformemente all'articolo 11, senza che si debba procedere ad un nuovo calcolo secondo detto articolo.

2. Per contro, in caso di modifica del modo di determinazione o delle norme per il calcolo delle prestazioni, viene effettuato un nuovo calcolo conformemente all'articolo 11.

Articolo 13

Disposizioni particolari concernenti la liquidazione delle prestazioni

Qualora un lavoratore, tenuto conto della totalizzazione dei periodi di assicurazione di cui al comma 1 del precedente articolo 11, non possa far valere nello stesso momento le condizioni richieste dalla legislazione delle due Parti contraenti, il suo diritto a pensione è determinato nei riguardi di ogni legislazione a mano a mano che egli possa far valere tali condizioni.

Articolo 14

Trattamento minimo di pensione

1. Qualora la somma delle prestazioni pensionistiche dovute dalle Istituzioni competenti delle Parti contraenti ai sensi del precedente articolo 11, non raggiunga il trattamento minimo fissato dalla legislazione della Parte contraente in cui il beneficiario risiede, ciascuna Istituzione competente integra la suddetta somma fino al raggiungimento di tale trattamento minimo, nella proporzione tra i periodi di assicurazione compiuti in virtù della legislazione che essa applica ed il totale dei periodi di assicurazione compiuti in virtù della legislazione di entrambe le Parti contraenti.

2. Le disposizioni del comma precedente non trovano applicazione qualora la pensione italiana sia calcolata esclusivamente secondo il metodo contributivo di cui al comma 5 dell'articolo 11.

Articolo 15

Ricalcolo dell'integrazione attribuita per il trattamento minimo di pensione

Le variazioni dell'importo delle prestazioni intervenute in una Parte contraente in relazione all'aumento del costo della vita, alle variazioni del livello delle retribuzioni o ad altre cause di adeguamento comportano che l'altra Parte ricalcoli l'integrazione attribuita ai sensi dell'articolo 14 della presente Convenzione.

Capitolo II

INFORTUNI SUL LAVORO E MALATTIE PROFESSIONALI

Articolo 16

Residenza in territorio della Parte contraente diverso da quello della Parte competente

I lavoratori che hanno diritto alle prestazioni a seguito di infortunio sul lavoro o di malattia professionale, in conformità alla legislazione di una delle Parti contraenti, e che soggiornano o risiedono sul territorio della Parte contraente diverso da quello in cui ha sede l'Istituzione competente beneficiano:

a) delle prestazioni in natura relative all'infortunio o malattia professionale erogate dall'Istituzione competente, secondo le disposizioni della legislazione che essa applica o, in alternativa, a loro scelta, delle prestazioni in natura erogate per conto dell'Istituzione competente, da parte dell'Istituzione del luogo di residenza o di soggiorno, secondo le disposizioni della legislazione che essa applica, come se fossero ad essa iscritti: tuttavia in quest'ultimo caso, la durata dell'erogazione delle prestazioni è determinata dalla legislazione applicata dall'Istituzione competente;

When facing these problems one is tempted to ask the same question which the disciples put to Peter soon after Pentecost: "What must we do?".[5] In this regard, it is consoling to see many of your Dioceses answering the question by Synods and pastoral planning, confronting problems in a serious manner and thereby avoiding possible future crises. As I said in my Apostolic Letter *Novo millennio ineunte*, pastoral initiatives must always include the four Christian pillars of holiness, prayer, the sacraments and the word of God,[6] always keeping in mind that "it is not therefore a matter

[3] Cf. *Ecclesia in Asia*, 27.
[4] *Eph* 5:8-9.
[5] *Acts* 2:37.
[6] Cf. 30-41.

of inventing a new programme. The programme already exists: it is the plan found in the Gospel and in the living Tradition, it is the same as ever".[7]

4. Effective pastoral planning must be contextualized in such a way that it addresses the special problems created by modern society. Like many other countries, India finds itself caught in the movement towards a culture of death, as seen for example in the menacing threats directed towards unborn children, especially unborn girls. Brother Bishops, I encourage you to remain vigilant in your efforts to preach fearlessly the consistent teaching of the Church regarding the inviolable right to life of every innocent human being. Concerted efforts to curb the culture of death necessitate the involvement of the entire Catholic community. Accordingly, any strategy in this regard must include individuals, families, movements and associations committed to building "a society in which the dignity of each person is recognized and protected and the lives of all are defended and enhanced".[8]

Globalization has also challenged traditional customs and ethics. This is clearly seen in attempts to impose upon Asian society morally unacceptable types of family planning and reproductive health measures. At the same time, an incorrect understanding of the moral law has led many people to justify immoral sexual activity under the guise of freedom, which in turn has resulted in a commonplace acceptance of the contraceptive mentality.[9] The consequences of such irresponsible activity not only threaten the institution of the family but also contribute to the spread of HIV/AIDS, which is reaching epidemic proportions in parts of your country. The response of the Church in India must be to continue to promote the sanctity of married life, and the "innate language that expresses the total self-giving of husband and wife".[10] The Church is called to proclaim that true love is Christian love, and Christian love is chaste love. I encourage you to support programmes of education which emphasize the Church's teaching in this regard.

At the same time, efforts which respect the dignity and rights of women must be made to guarantee that at all levels of Indian society a "new feminism" is promoted. This will "reject the temptation of 'male domination', in order to acknowledge and affirm the true genius of women in every aspect of the life of society, and overcome all discrimination, violence and exploitation".[11]

[7] *Ibid.*, 29.
[8] *Evangelium vitae*, 90.
[9] Cf. *Familiaris consortio*, 6.
[10] Cf. *Catechism of the Catholic Church*, 2370.
[11] Cf. *Evangelium vitae*, 99.

5. At the beginning of this talk, I spoke of saint Francis Xavier, who did so much for the spread of Christianity in India. He possessed the ability to minister successfully in a non-Christian environment. I pray that the Church in India will, in imitation of him, respectfully yet courageously proclaim the Gospel of Jesus Christ. This is not an easy task, especially in areas where people experience animosity, discrimination and even violence because of their religious convictions or tribal affiliation. These difficulties are exacerbated by the increased activity of a few Hindu fundamentalist groups which are creating suspicion of the Church and other religions. Unfortunately, in some regions the State authorities have yielded to the pressures of these extremists and have passed unjust anti-conversion laws, prohibiting free exercise of the natural right to religious freedom, or withdrawing State support for those in scheduled castes who have chosen to convert to Christianity.

In spite of the grave difficulties and suffering this has caused, the Church in India must never relinquish her fundamental task of evangelization. It is my hope that you, dear Brother Bishops, together with the faithful, will continue to engage local leaders of other religious beliefs in an interreligious dialogue which ensures greater mutual understanding and cooperation. Likewise, you must maintain a substantive dialogue with local and national authorities to ensure that India continues to promote and protect the basic human rights of all its citizens. An integral part of such a democracy "which truly serves the good of individuals and peoples is respect for religious freedom, for this is the right which touches on the individual's most private and sovereign interior freedom".[12]

6. "'As the Father has sent me, even so I send you'.[13] From the perpetuation of the sacrifice of the Cross and her communion with the body and blood of Christ in the Eucharist, the Church draws the spiritual power needed to carry out her mission".[14] Dear Brothers in the Lord: as you return to your local Churches after this visit to the tombs of the Blessed Apostles, I hope that, filled with "spiritual power", you will have renewed your desire to participate ever more fully in the Church's mission which "stands in continuity with the mission of Christ".[15] In this year of the Rosary, I pray that, through the intercession of our Blessed Lady, the Holy Spirit will confirm you, the clergy, Religious and faithful of your dioceses in "the gift of God

[12] Cf. *Address to the New Ambassador of India*, 13 December 2002.
[13] Cf. *Jn* 20:21.
[14] *Ecclesia de Eucharistia*, 22.
[15] Cf. *ibid.*

that is within you", and I cordially impart my Apostolic Blessing as a pledge of joy and peace in the Lord.

II

Ad episcopos Burkinae Fasanae et Nigris.*

Chers Frères dans l'épiscopat,

1. Je vous accueille avec une grande joie, vous qui avez la charge pastorale de l'Église catholique au Burkina Faso et au Niger, au moment où vous accomplissez ce temps fort de votre ministère épiscopal qu'est la visite *ad limina*. Vous êtes venus vous recueillir sur le tombeau des Apôtres Pierre et Paul pour faire croître en vous l'élan apostolique qui les animait et qui les a conduits ici pour être les témoins de l'Évangile du Christ jusqu'au don total de leur vie. Vous venez rencontrer le Successeur de Pierre et ses collaborateurs, pour trouver auprès d'eux le soutien nécessaire à votre mission pastorale.

Je remercie Monseigneur Philippe Ouédraogo, Évêque de Ouahigouya et Président de votre Conférence épiscopale, pour les aimables paroles qu'il vient de m'adresser. Je salue particulièrement ceux d'entre vous qui ont reçu leur charge de l'épiscopat depuis la dernière visite *ad limina*. Mon affection rejoint également vos communautés diocésaines, dont je connais la générosité et le dynamisme évangélique. Je demande à l'Esprit Saint, répandu sur les Apôtres, de vous donner d'avancer au large et d'être votre appui dans le service du peuple qui vous a été confié, pour que l'Église-Famille au Burkina Faso et au Niger devienne toujours davantage le ferment du monde nouveau que le Christ est venu instaurer pour toute l'humanité!

Portant le souci du développement durable et intégral des populations de vos pays, si chères à mon cœur, je n'oublie pas la lutte quotidienne qu'elles ont à mener pour survivre. Les conditions climatiques difficiles de la zone sahélienne et la désertification croissante de la région maintiennent les populations dans une pauvreté endémique qui engendre la précarité et le désespoir, leur donnant de plus le sentiment de se sentir mises à l'écart de la scène internationale. Je veux lancer solennellement un nouvel appel à la Communauté internationale, afin qu'elle manifeste concrètement et durablement son soutien aux populations éprouvées du Sahel, souhaitant que la

* Die 17 Iunii 2003

solidarité, dans la justice et la charité, ne connaisse ni frontières ni limites et que la générosité permette de prévoir l'avenir avec plus de sérénité.

2. Malgré les difficultés liées à la précarité de la vie des populations locales, la vitalité missionnaire de vos Églises diocésaines a pu s'exprimer de multiples manières. Je rends grâce avec vous pour les célébrations qui ont marqué le centenaire de l'évangélisation du Burkina Faso. En cette heureuse occasion, vous avez pu faire l'expérience de la présence de l'Esprit à l'œuvre dans le cœur des croyants depuis les débuts de l'évangélisation. Je sais avec quel zèle vous avez associé les communautés locales, notamment par des synodes diocésains, à la préparation et à la célébration de ce temps fort ecclésial, qui coïncidait avec l'événement de portée universelle que fut le grand Jubilé de l'Incarnation. Les orientations pastorales du premier synode national du Burkina Faso ont aussi clairement convié les communautés chrétiennes à ne pas ménager leurs efforts pour édifier l'Église-Famille de Dieu, appelée à cheminer vers la sainteté, afin de « permettre à l'annonce du Christ d'atteindre les personnes, de modeler les communautés, d'agir en profondeur par le témoignage des valeurs évangéliques sur la société et sur la culture ».[1] En rendant grâce avec vous pour le travail patient et audacieux des premiers missionnaires, aidés par de valeureux catéchistes, j'encourage les Pasteurs et les fidèles à s'en montrer les dignes successeurs, faisant naître et vivre des communautés chrétiennes toujours plus joyeuses et plus appelantes, signes de communion et de fraternité. Que partout où se trouvent les disciples du Christ soient rendus visibles les signes de l'amour de Dieu pour les hommes!

3. Évangéliser est une mission essentielle de l'Église. L'annonce de l'Évangile ne peut se réaliser pleinement sans la contribution de tous les croyants, à tous les niveaux de l'Église particulière. Vos rapports quinquennaux évoquent à plusieurs reprises votre souci pastoral de rendre les chrétiens, au nom de leur baptême, toujours plus acteurs dans l'œuvre de l'évangélisation. En effet, « l'action évangélisatrice de la communauté chrétienne, d'abord sur son territoire et ensuite ailleurs comme participation à la mission universelle, est le signe le plus clair de la maturité de la foi ».[2] Développer cette conscience missionnaire dans le cœur de chaque croyant demeure un vrai défi dont vous prenez bien la mesure.

Pour que l'Église puisse incarner l'Évangile dans les diverses cultures, en assumant ce qu'il y a de bon dans ces cultures et en les renouvelant de

[1] *Novo millennio ineunte*, n. 29.
[2] *Redemptoris missio*, n. 49.

l'intérieur, j'ai rappelé, dans l'exhortation apostolique *Ecclesia in Africa*, que l'inculturation était une priorité et une urgence dans la vie des Églises particulières, un cheminement vers une pleine évangélisation, afin que tout homme « puisse accueillir Jésus Christ dans l'intégralité de son être personnel, culturel, économique et politique, en vue de sa pleine et totale union à Dieu le Père, et d'une vie sainte sous l'action de l'Esprit Saint ».[3] La pastorale de l'inculturation que vous avez mise en œuvre dans vos diocèses porte du fruit, en particulier dans la vie et le témoignage des communautés chrétiennes de base, ferments de vie chrétienne et signes concrets de la communion missionnaire que l'Église-Famille est appelée à devenir.

Dans vos rapports quinquennaux, vous rendez grâce pour la vitalité et pour le témoignage de ces petites communautés locales. Vous mesurez cependant le long chemin qu'il reste à faire pour que l'Évangile transforme de l'intérieur l'esprit et le cœur des croyants, afin qu'ils se reconnaissent comme frères et sœurs dans le Christ. Le retour à des pratiques anciennes qui ne sont pas encore purifiées par l'Ésprit du Christ, les difficultés à se considérer membres d'une même famille sauvée par le sang du Christ, et les dangers d'une civilisation moderne dite de progrès qui fragilisent les liens dans les familles et entre les groupes humains: tout cela est pour vous une invitation à ne pas relâcher vos efforts pour que les disciples du Christ assimilent pleinement le message évangélique et conforment leur vie à ce message, sans pour autant renoncer aux valeurs africaines authentiques.

Les chrétiens ont besoin de trouver des forces neuves pour surmonter les obstacles à l'annonce de l'Évangile et pour travailler efficacement à son inculturation: il est essentiel que leur foi soit toujours plus solidement fondée et éduquée. Vous avez une vive conscience que cette responsabilité vous incombe, portant ensemble ce souci à l'intérieur de la Conférence épiscopale, par un partage d'expériences et par un approfondissement théologique et pastoral. Il s'agit de permettre aux pasteurs et aux fidèles de se laisser saisir par le Christ, d'accepter de dépendre radicalement de lui, de vouloir vivre de sa vie et d'apprendre à faire sa volonté, pour cheminer à sa suite dans la sainteté véritable.[4] Je vous encourage donc à aider sans relâche les fidèles laïcs de vos diocèses à prendre une conscience toujours plus vive de leur rôle dans l'Église et à honorer ainsi leur mission de baptisés et de confirmés. La pastorale sacramentelle, la liturgie, la formation biblique et théologique, mais aussi les diverses expressions artistiques et musicales, ainsi que les médias,

[3] N. 62.
[4] Cf. *1 Th* 4, 3.

doivent permettre aux chrétiens de découvrir les richesses de la foi chrétienne avec les moyens à leur portée et de s'enraciner dans le Christ pour prendre une part toujours plus active à la vie des communautés locales, sans pour autant les soustraire à l'exercice de leur vocation baptismale dans la vie sociale, économique et politique de la nation.

4. Dans l'exhortation apostolique *Ecclesia in Africa*, j'ai souligné qu'en tant « qu'Église domestique », « construite sur les bases culturelles solides et les riches valeurs de la tradition familiale africaine, la famille chrétienne est appelée à être une cellule puissante de témoignage chrétien, dans la société marquée par des mutations rapides et profondes ».[5] Vos rapports quinquennaux évoquent le témoignage donné par de nombreuses familles, qui vivent de manière héroïque la fidélité au sacrement du mariage chrétien, dans le contexte d'une législation civile ou de coutumes traditionnelles peu favorables au mariage monogame. Alors que des menaces pèsent aujourd'hui sur la famille africaine et sur ses fondements, je vous exhorte à promouvoir la dignité du mariage chrétien, reflet de l'amour du Christ pour son Église, en rappelant notamment que l'amour mutuel des époux est unique et indissoluble, que le mariage, grâce à sa stabilité, contribue à la pleine réalisation de leur vocation humaine et chrétienne, et qu'une telle famille est le lieu d'épanouissement des enfants et de transmission des valeurs. Les communautés chrétiennes, unies à leurs pasteurs, auront aussi à cœur d'accompagner les familles dans l'éducation des jeunes. De même, elles auront soin d'aider les fiancés dans leur cheminement vers le sacrement du mariage, puis plus tard dans leur vie conjugale et familiale, pour qu'ils puissent se mettre eux-mêmes au service de l'Église et de la société.

5. Je vous charge de porter les salutations affectueuses du Pape aux prêtres de vos diocèses. Je connais les conditions difficiles dans lesquelles ils sont souvent appelés à exercer leur ministère. L'éloignement des paroisses, les infrastructures routières peu développées et le petit nombre d'ouvriers apostoliques rendent souvent difficiles le suivi et la formation des communautés chrétiennes. Je les remercie de leur générosité à servir le Christ et son Église, et je sais à quel point vous veillez, avec les moyens dont vous disposez, à leur procurer tout ce qui est nécessaire à leur santé spirituelle et à leurs besoins matériels. En communion profonde avec leurs évêques, qu'ils mènent une vie toujours plus digne et plus sainte, conforme à leur vocation et au témoignage qu'ils ont à donner d'être des hommes de Dieu mis à part pour le

[5] N. 92.

service de l'Évangile! Disposés à se conformer au Christ Serviteur, ils pourront devenir des modèles pour le peuple qui leur est confié, en particulier pour les plus jeunes, qu'ils inviteront à suivre joyeusement et radicalement le Christ comme prêtres ou comme consacrés. Je rends grâce à cette occasion pour le développement de la vie religieuse dans vos pays, et je vous encourage à soutenir et à promouvoir ce développement, rappelant que, sans le signe concret de la vie consacrée, « la charité de l'ensemble de l'Église risquerait de se refroidir, le paradoxe salvifique de l'Évangile de s'émousser, le "sel" de la foi de se diluer dans un monde en voie de sécularisation ».[6]

À l'image de vos prédécesseurs dans la foi, je vous encourage également à manifester avec toujours plus de générosité, comme vous le faites déjà, la solidarité de vos Églises locales avec les pays voisins, qui manquent souvent de pasteurs, en leur destinant des prêtres et des laïcs missionnaires, rappelant que « tous les évêques, en qualité de membres du corps épiscopal qui succède au collège des Apôtres, ont été consacrés non seulement pour un diocèse déterminé, mais pour le salut du monde entier ».[7] Je souhaite que l'Esprit de communion ainsi créé, par lequel chaque Église porte la sollicitude de toutes les autres, donne un nouvel élan missionnaire à vos communautés diocésaines et les entretienne dans le désir audacieux de faire germer le Règne de Dieu.

6. La formation des candidats au sacerdoce est une grave responsabilité pour l'Évêque. Certains parmi vous en ont fait une priorité pastorale. Il est essentiel de porter une attention particulière à l'organisation de cette formation et de veiller à choisir avec soin des formateurs idoines. Il est nécessaire aussi de sensibiliser et d'associer les communautés diocésaines à leur responsabilité dans la formation des futurs prêtres. « L'Église, comme telle, est le sujet communautaire qui a la grâce et la responsabilité d'accompagner ceux que le Seigneur appelle à devenir ses ministres dans le sacerdoce ».[8] De plus, une sérieuse formation spirituelle, intellectuelle et pastorale, indispensable à l'exercice du ministère presbytéral, devra être associée à une solide formation humaine et culturelle. Il sera particulièrement important d'insister sur la maturation affective des candidats, nécessaire à celui qui est appelé au célibat; cela consiste « à offrir, avec la grâce de l'Esprit et par la libre réponse de sa volonté propre, la totalité de son amour et de sa sollicitude à Jésus Christ et à l'Église ».[9]

[6] *Vita consecrata*, n. 105.
[7] Concile Vatican II, Décret sur l'activité missionnaire de l'Église *Ad gentes*, n. 38.
[8] *Pastores dabo vobis*, n. 65.
[9] *Ibid.*, n. 44.

7. Dans vos pays, les communautés chrétiennes vivent au sein de sociétés marquées par la prédominance de l'Islam et des valeurs qui lui sont propres. Je me réjouis que, comme vous me l'avez dit, les relations des catholiques avec les croyants de l'Islam soient généralement empreintes de respect, d'estime et de convivialité. Chrétiens et musulmans sont en effet « appelés à promouvoir un dialogue exempt de tous les dangers qu'entraînent un irénisme de mauvais aloi ou un fondamentalisme militant, et à s'élever contre des politiques et des pratiques déloyales, ainsi que contre tout manque de réciprocité en matière de liberté religieuse ».[10] Je vous encourage à cultiver ce dialogue, en vous dotant de structures et de moyens qui le garantissent, afin que soit bannie la peur de l'autre, qui naît souvent de la méconnaissance profonde des valeurs religieuses qui l'animent, sans jamais renoncer à rendre compte en toute clarté de l'espérance qui est en vous. Que, dans le patrimoine authentique de leurs traditions religieuses, chrétiens et musulmans puisent les forces nécessaires pour collaborer au développement solidaire de leur pays!

8. Chers Frères dans l'épiscopat, alors que vous allez retourner chez vous, je vous demande de porter aux prêtres, aux diacres, aux religieux, aux religieuses, aux catéchistes et aux laïcs de vos communautés le salut affectueux du Pape, qui recommande au Seigneur leur vie chrétienne et leur engagement apostolique. En effet, « la structure de la communauté apostolique repose sur les uns et les autres ».[11] Transmettez aussi à tous vos concitoyens mes souhaits cordiaux de paix et de prospérité. Face au scandale de la pauvreté et de l'injustice, je souhaite en particulier que l'Église continue à jouer son rôle prophétique et à être la voix des sans-voix, afin que partout la dignité humaine soit reconnue à toute personne et que soient promues toutes les initiatives qui visent à développer et à ennoblir l'homme dans son existence spirituelle et matérielle.[12] Puisse l'Esprit de Pentecôte vous aider à grandir toujours plus dans l'espérance et guider l'Église-Famille au Burkina Faso et au Niger vers « la vérité tout entière »,[13] afin qu'elle maintienne vive la présence du Christ Sauveur au milieu de son peuple, à travers un ardent témoignage de vie évangélique! Je confie à l'intercession de la Vierge Marie l'avenir de vos diocèses ainsi que celui des nations dans lesquelles vous vivez. Je lui demande particulièrement de vous aider dans votre ministère épiscopal. De grand cœur, je vous donne la Bénédiction apostolique, que j'étends à tous les fidèles de vos diocèses.

[10] *Ecclesia in Africa*, n. 66.

[11] *Constitutions apostoliques*, III.

[12] Cf. *Ecclesia in Africa*, n. 70.

[13] *Jn* 16, 13.

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO DE CAUSIS SANCTORUM

MEDIOLANENSIS

Beatificationis et canonizationis ven. Servi Dei Aloisii Mariae Monti religiosi laici fundatoris Filiorum ab Immaculata Conceptione (1825-1900)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Servus Dei Aloisius Maria Monti die 24 mensis Iulii anno 1825 in pago *Bovisii* provinciae Mediolanensis natus est. Iam a iuventute se Deo devovit et, etsi condicionem servans laicalem, vota tamen emisit castitatis et oboedientiae. Eum manipulum iuvenum circumstetit, qui iisdem actibus pietatis eius atque operibus caritatis erga pauperes aegrotosque utebantur. Congregationem dein Filiorum Mariae ingressus est, beato Ludovico Pavoni fundatam et, superatis aliquibus aerumnis, quas tacita vero humilitate passus est, Filios ab Immaculata Conceptione instituit, quos in spiritu caritatis direxit ac infirmis orphanisque se dedit et iuvenum institutioni. Pie sicut vixerat, in pago *Seronii* intra fines archidioecesis Mediolanensis 1 mensis Octobris anno 1900 mortuus est. Summus Pontifex Ioannes Paulus II, die 24 mensis Aprilis anno 2001, eum virtutes theologales, cardinales et his adnexas heroico gradu coluisse decrevit.

Beatificationis Venerabilis Servi Dei respectu, Causae Postulatio iudicio huius Congregationis de Causis Sanctorum assertam subiecit miram sanationem Ioannis Aloisii Iecle, qui, anno 1951, quadragesimum secundum aetatis agens annum, ulcera duodenali correptus evasit, quae idoneis medendi artibus medicorum per decem annos curata est. Die 16 mensis Octobris anno 1961 autem in valetudinario Bosanensi in Sardinia insula aegrotus sectioni stomachi fere omnis subiectus est cum gastroieiunostomia antecolica. Implicationes tamen paulo post exortae necessariam effecerunt aliam chirurgicam sectionem, quae die 28 eiusdem mensis confecta est. Insequentibus vero diebus signa relaxationis abdominis, necnon vomitum, dolores et alvus adstrictus se panderunt et fistula quoque intra cutem intestinalem. Die 20 mensis Novembris igitur tertia sectio chirurgica confecta est, quae praesentiam sup-

purationis in cavo Duglasii ostendit cum adhaerentiis in peritonaeo et intestino, cuius rei causa partem intestini tenuis resecare visum est atque lysim adhaerentiarum et expurgationem agere. Fere autem quindecim dies condiciones generales aegroti ob statum infectivum ingentem et alimentorum suppeditationis defectum graves permanserunt. Medici, quorum curis aegrotus commissus erat, perpensa inefficacia omnium medendi artium, prognosim in brevi tempore infaustam quoad vitam dixerunt. Interdum communitas Sororum, quae in valetudinario ministrabant, et cappellanus eiusdem nosocomii una cum aegroto aliquibusque familiaribus eius ad divinum confugere auxilium statuerant per intercessionem Servi Dei Aloisii Mariae Monti pro sanatione ipsius Ioannis Aloisii apud Deum impetranda.

Quorum orationes se maiores reddiderunt diebus tertiae chirurgicae sectionis et insequentibus. Valetudo vero aegroti a die 26 mensis secuti Decembris rapide convalescere coepit usque ad completam et perfectam sanationem.

De hoc miro casu annis 1964-1978 apud Curiam Algarensem-Bosanensem Processus Ordinarius more apostolico celebratus est, cuius auctoritas et vis iuridica a Congregatione de Causis Sanctorum decreto diei 1 mensis Iulii anno 1994 probatae sunt. Dicasterii Consilium Medicorum in sessione diei 21 mensis Februarii anno 2002 sanationem rapidam quoad praegressas condiciones generales aegroti, completam et duraturam, inexplicabilem secundum scientiam quoad decursum, ratione habita magni ponderis implicationum occursarum, fuisse affirmavit. Die 18 insequentis mensis Octobris eodem anno Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum factus est et die 21 mensis Ianuarii anno 2003 Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Ponente Causae Excellentissimo Domino Andrea Maria Erba, Episcopo Veliterno-Signino, celebrata est. Et in utroque coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo divinitus patrato constaret, responsum affirmativum prolatum est. Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinale Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servi Dei Aloisii Mariae Monti, Religiosi laici, Fundatoris Filiorum ab Immaculata Conceptione, videlicet de rapida, completa ac dura-*

tura sanatione Ioannis Aloisii Iecle a «fistole entero-cutanee multiple con occlusione intestinale e stato settico, in soggetto operato di gastrectomia subtotale; severa compromissione dello stato generale dopo tre interventi chirurgici».

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 12 mensis Aprilis A. D. 2003.

Iosephus card. Saraiva Martins
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

PARISIENSIS

Beatificationis et canonizationis ven. Servae Dei Rosaliae Rendu (in saec.: Ioannae Mariae) ex societate Puellarum a Caritate s. Vincentii De Paul (1786-1856)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Dei Serva Rosalia Rendu (in saec.: Ioanna Maria) nata est die 9 mensis Septembris anno 1786 in Gallico oppido vulgo *Confort*, e familia quae virtute excellebat domo excipiendi sacerdotes qui, ob rerum eversionem, persecutionibus vexabantur. Amore aestuans erga Dominum et pauperes, in quibus patientem Christi vultum contuebatur, anno 1802 Societatem amplexa est Puellarum a Caritate Sancti Vincentii de Paul. Summa cum caritate nec non sacrificii spiritu, prospiciens humilibus et pauperibus in suburbiis Lutetiae Parisiorum degentibus, fusam explicavit caritatis et evangelici nuntii actuositatem. Omnibus omnia facta, educationis et beneficentiae institutiones condidit et, cooperantibus eius religiosis sororibus laicisque bonae voluntatis, omne genus subsidia spiritualia et materialia dispersit omnibus eius auxilium quaerentibus. Ingenti sanctitatis fama cumulata, ad Patrem pertransiit die 7 mensis Februarii anno 1856. Summus Pontifex Ioannes Paulus II die 24 mensis Aprilis anno 2001 agnovit Servam Dei virtutes theologales, cardinales eisque adnexas heroum in modum excoluisse.

Ad beatificationem quod attinet, Postulatio Causae iudicio huius Congregationis de Causis Sanctorum praesumptam porrexit miram sanationem anno

1952 Lutetiae Parisiorum patratam in bonum Teresiae Béquet (in saec.: Aloisiae), sororis ex eodem Instituto Servae Dei. Soror enim Teresia anno 1942, duos et triginta aetatis annos agens, dolores subire coepit articulationis coxo-femoralis sinistrae, qui, aliquot labentibus annis, ad integrum artum, ad occipitium et ad laevum humerum diffusi sunt. Anno 1951 infirma incrementum dolorum advertit. Gravi deminutae artuum functioni addita est caecitas oculi sinistri et paresis artus inferioris dexteri. Condiciones valetudinis Sororis, invaliditate omnino fere affectae, peiores in dies reddebantur, et, therapeuticis remediis incassum adhibitis, medici prognosim infaustam quoad valetudinem edixerunt. Die 2 mensis Ianuarii anno 1952 tum religiosae sorores tum ipsae alumnae Sororis Teresiae intercessionem Servae Dei Rosaliae Rendu invocare coeperunt, ad sanationem infirmae a Domino impetrandam, quae mane diei 1 sequentis mensis Februarii, cum e lecto surgeret, ipsamet simul cum sua communitate percepit omnia indicia pathologica, quae usque ad vesperam praecedentis diei pertulerat, abiisse. Ex ulterioribus recognitionibus clinicis probata est sanationis stabilitas, statim intercessioni Servae Dei adscripta. De hoc eventu, apud Curiam Parisiensem inter annos 1997-1999 instructa est Inquisitio dioecesana, cuius iuridica auctoritas ab hoc Dicasterio agnita est per decretum editum die 20 mensis Octobris anno 2000. Consilium Medicorum in sessione diei 7 mensis Novembris anno 2002, declaravit sanationem summe celerem, perfectam, constantem et ex scientia inexplicabilem fuisse. Die 4 mensis Februarii huius anni 2003 actus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum et die 18 sequentis mensis Martii habita est Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Ponente Causae Exc.mo D.no Ottorino Petro Alberti, Archiepiscopo Calaritano. Et in utroque Coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo constaret divinitus patrato, responsum affirmativum prolatum est. Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinale Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servae Dei Rosaliae Rendu (in saec.: Ioannae Mariae), ex Societate Puellarum a Caritate S. Vincentii de Paul, videlicet de summe celeri, perfecta et constanti sanatione Sororis Teresiae Béquet (in saec.: Aloisiae) a*

« grave malattia neurologica progressiva, con disturbi motori e trofici, che hanno resa invalida la paziente ».

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 12 mensis Aprilis A. D. 2003.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

PLACENTINA IN HISPANIA

Beatificationis et canonizationis ven. Servae Dei Mathildis a S. Corde (in saec.: Mathildis Téllez Robles) fundatricis congregationis sororum Filiarum Mariae Matris Ecclesiae (1841-1902)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Serva Dei Mathildis a S. Corde (Mathildis Téllez Robles) die 30 mensis Maii anno 1841 in vico *Robledillo de la Vera* nata est, in dioecesi Placentina in Hispania. Apiarii in pago Salmanticensi, ubi inde a pueritia habitavit, Congregationem Sororum Filiarum Mariae Matris Ecclesiae in paupertate fundavit pro cultu et adoratione Eucharistiae atque operibus caritatis erga pauperes praesertim, pueris egenis aegrotisque favendis, quam prudentia, magnanimitate et materna caritate rexit. Virtutibus meritisque ante Dominum dives, sanctitatis fama circumfusa, die 17 mensis Decembris anno 1902 pie in Domino quievit. Summus Pontifex Ioannes Paulus II, die 23 mensis Aprilis anno 2002, Servam Dei virtutes theologales, cardinales et his adnexas heroico gradu coluisse decrevit.

Beatificationis Venerabilis Servae Dei respectu, Causae Postulatio iudicio huius Congregationis de Causis Sanctorum assertam quamdam subiecit miram sanationem, intercessioni tributam Servae Dei, doctoris Petri Aloisii Blasi, qui, die 10 mensis Augusti anno 1990, trigesimum sextum aetatis annum agens, cum Potentiae minorem sedem mensae Italicae argentariae gereret, vim irruptionis passus est et quattuor manuballistae ictibus pectore,

abdomine cruribusque perfossus. In valetudinarium loci receptus, chirurgicae sectioni commissus est, ut iacula e thorace abdomineque extraherentur. Dein gravium illorum vulnerum causa in impetu receptorum novae tres sectiones peractae sunt. Interdum autem coagulatio intravasalis disiecta, vulgo CID, una cum renium iecorisque defectu apparuit. Cum clinicae infirmi condiciones pergraves vero manerent, in nosocomium Romae ipse translatus est, ubi, die 16 mensis Septembris eodem anno, ingens occurrit sanguinis e stomacho effusio aliam postulans chirurgicam sectionem, quae magnam revelavit ulceram duodenalem. Infirmi valetudo inde repente in gravius vertit. Nocte inter dies 16 et 17 eiusdem mensis, nova rursus effusio ita immanis et incoërcibilis sanguinis apparuit, ut prognosis infausta diceretur in brevi tempore. Impotentia scientiae perpensa, mane ipsius diei 17 mensis Septembris, Sorores Filiae Mariae Matris Ecclesiae, quae in illo valetudinario infirmis ministrabant, iam inde a prima luce supplicationibus novendialibus ad divinum confugerunt auxilium, ut per intercessionem Fundatricis suae Venerabilis Matris Mathildis a S. Corde sanationem domini Blasi apud Deum impetrarent. Imago quaedam Servae Dei iuxta infirmum etiam collocaverunt, qui fidenter invocationibus se iunxit. Meridiem circum ob effusionum sanguinis cessationem improvisa salutis infirmi mutatio evenit, licet infectionis ac necrosis condiciones manerent, quae causa fuerant illius coagulationis intravasalis disiectae (CID). Perbrevi omnia in melius mutata sunt, nullo reliquo effectu salutis. De hac mira aestimata sanatione annis 1996-1998 apud Vicariatum Romae Inquisitio dioecesana celebrata est, cuius auctoritas et vis iuridica a Congregatione de Causis Sanctorum decreto diei 5 mensis Februarii anno 2000 probatae sunt. Dicasterii Collegium Medicorum in sessione diei 14 mensis Novembris anno 2002 sanationem repentinam, completam et duraturam, inexplicabilem secundum scientiam quoad modum illis in peculiaribus pergravibus adiunctis una voce fuisse affirmavit. Die 4 mensis Februarii anno 2003 Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum factus est et die 8 insequentis mensis Aprilis Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Ponente Causae Excellentissimo Domino Andrea Maria Erba, Episcopo Veliterno-Signino. Et in utroque coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo divinitus patrato constaret, responsum affirmativum prolatum est. Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinale Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque adstantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servae Dei Mathildis a S. Corde (in saec.: Mathildis Téllez Robles), Fundatricis Congregationis Sororum Filiarum Mariae Matris Ecclesiae, videlicet de repentina, completa ac duratura sanatione doctoris Petri Aloisii Blasi a « sindrome da CID acuta scompensata, in soggetto con ferite multiple addominali e toraciche da arma da fuoco, splenectomizzato, con stato settico, sottoposto a 5 interventi chirurgici, e con epatite da virus C post-trasfusionale »*.

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 12 mensis Aprilis A. D. 2003.

Iosephus card. Saraiva Martins
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

RAGUSIENSIS

Beatificationis et canonizationis ven. Servae Dei Mariae Candidae ab Eucharistia (in saeculo: Mariae Barba) Monialis professae ordinis Carmelitarum Discalceatarum (1884-1949)

DECRETUM SUPER MIRACULO

Venerabilis Serva Dei Maria Candida ab Eucharistia (in saeculo: Maria Barba) die 16 mensis Aprilis anno 1884 *Catacii* nata est, Panormi autem excrevit, quo eius familia transmigraverat. Post parentum obitum antiquum suum desiderium consummavit et ingressa est Ordinem Carmelitarum Discalceatarum in Monasterium Ragusinum nomini Sanctae Theresiae inscriptum. Votis religiosis emissis, ei commissi sunt munera magni momenti, eo ut per fere viginti annos Priorissa exstiterit suae communitatis, quae in ea contemplabat summam vitae consecratae fidelitatem et Regulae observantiam. No-

vis Monasteriis Ragusae ac Syracusis exstruendis consuluit. Meritis virtutibusque ante Dominum Ordinemque suum dives, sanctitatis fama circumfusa, die 12 mensis Iunii anno 1949 pie in Domino obdormivit. Summus Pontifex Ioannes Paulus II, die 18 mensis Decembris anno 2000, eam virtutes theologales, cardinales et his adnexas heroico gradu coluisse decrevit. Beatificationis Venerabilis Servae Dei respectu, Causae Postulatio iudicio huius Congregationis de Causis Sanctorum assertam quandam subiecit miram sanationem, intercessioni tributam Servae Dei, scilicet casum Sororis Mariae Margaritae a Sanctissimo Sacramento (in saeculo: Theresiae Occhipinti), monialis ex Ordine Carmelitarum Discalceatarum in Monasterio Ragusino, quae, anno 1928, quadragesimum tertium aetatis annum agens, incepit impetigine quadam in pede dextero laborari, quae gradatim in totum crus se propagavit. Mense Octobri anno 1934 decurrente, bulla quoque apparuit mox exulcerata, ex cuius vulnere excretio purulenta seri cum sanguine commixti manabat, unde infirma, dolores ac pruriginem accipiebat. De hoc morbo medici diagnosim dixerunt eczematis insanabilis exsudantis impetigine affecti cum phlogosi bacterica superposita. Curae semper inefficaces evaserunt. Medicamenta et permutatio fasciarum ab ipsa Serva Dei cotidie ministrabantur. Cum ea autem die 12 mensis Iunii anno 1949 mortem obiisset, infirma, quae defunctae corpori adstabat, condiciones salutis suae ei Carmelitarum more exposuit. Insequenti mane diei 13 mensis Iunii, cum vero fasciae demeret, perfectam cruris perspexit sanationem, quae protinus ad intercessionem Venerabilis Matris Candidae ab Eucharistia relata est. De hac mira aestimata sanatione anno 1986 apud Curiam Ragusinam Inquisitio dioecesana celebrata est, cuius auctoritas et vis iuridica a Congregatione de Causis Sanctorun decreto diei 26 mensis Martii anno 1993 probatae sunt. Dicasterii Consilium Medicorum in sessione diei 23 mensis Maii anno 2002 sanationem instantaneam, completam, duraturam, inexplicabilem secundum scientiam una voce fuisse affirmavit. Die 13 insequentis mensis Decembris eodem anno Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum factus est et die 4 mensis Martii huius anni 2003 Sessio Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, Ponente Causae Excellentissimo Domino Francisco Croci, Episcopo tit. Potentino in Piceno. Et in utroque coetu, sive Consultorum sive Cardinalium et Episcoporum, posito dubio an de miraculo divinitus patrato constaret, responsum affirmativum prolatum est. Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanc-

titas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut decretum de praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinale Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de miraculo a Deo patrato per intercessionem Ven. Servae Dei Mariae Candidae ab Eucharistia (in saeculo: Mariae Barba), Monialis professae Ordinis Carmelitarum Discalceatarum, videlicet de instantanea, completa ac duratura sanatione Sororis Mariae Margaritae a Sanctissimo Sacramento (in saeculo: Theresiae Occhipinti) a « dermatite eczematosa cronica piodermizzata, su terreno da stasi, della gamba e del piede destro ».*

Voluit autem Sanctitas Sua ut hoc decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis de Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 12 mensis Aprilis A. D. 2003.

Iosephus card. Saraiva Martins
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

VERONENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Philippi Bardellini sacerdotis Congregationis Oratorii fundatoris piae societatis Paupercularum a Domo Nazarethana (1878-1956)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

« In te, Domine, speravi, non confundar in aeternum! » (*Ps* 70, 1).

Verba haec, quae Servus Dei Philippus Bardellini in vitae decursu recitare consueverat et in suprema quoque hora, illustrarunt eius sacerdotium, sacrum ministerium nec non magna caritatis opera, quae pro pauperibus, infirmis et praesertim pro iuvenibus mulieribus affectis mentalibus et psychicis conturbationibus humiliter ac ferventer explevit.

Hic dignus Sancti Philippi Nerii discipulus die 19 mensis Maii anno 1878 Veronae ortum habuit a parentibus Petro Ermenegildo Bardellini et Angela Giordani, coniugibus copiosa fortuna instructis, qui recta christiana institutione erudierunt eum. Ad eius formationem contulerunt quoque Patres Oratorii sancti Philippi Nerii, quorum in paroeciali aede Servus Dei baptismatis aquis est regeneratus, ibidemque sacro chrismate unctus et Eucharistico Pane refectus. Anno 1901 Congregationem Oratorii rite est ingressus et die 10 mensis Augusti anno 1904 sacro presbyteratus ordine est insignitus. Animarum saluti statim se dedit, sociatam praestans operam suis in religione fratribus, qui diversa crediderunt illi munera, inter alia officium Praepositi. Plures per annos (1916-1944) ecclesiam rexit Sancti Petri Incarnarii, ubi accuratam explicavit pastoralem actuositatem et peculiarem adhibuit curam de pauperibus et infirmis, roboratus amicitia, consiliis et exemplis sancti Ioannis Calabria, quocum per viam sanctitatis alacriter ambulavit. Inde ab anno 1910, sorore Elisabeth iuvante, in paternam domum puellas indigentes excipere coepit et anno 1921 fundamenta iecit Piae Societatis Pauperculárum a Domo Nazarethana, cuius est iuvenibus et mulieribus mentali morbo affectis assidere. Anno 1928 sedem aperuit ad iuvenes post dimissum nosocomium excipiendas. Summo ductus fervore, ab anno 1933 pueris physico morbo laborantibus prospexit et in ipsorum utilitatem anno 1937 fundavit Institutum Pauperculorum a Domo Nazarethana, quod, altero mundiali bello saeviente, varia cepit detrimenta. Dum opera Servi Dei, ipso Deo favente, propagabantur, Philippus cum simplicitate paceque spirituali fatigationes, iacturas, contumelias, penuriam instrumentorum aliaque diversa incommoda oppetebat. Pius Conditor plurimum passus est sive ob obitum sororis Elisabeth quae sociatam validamque illi praestiterat operam, sive ob discessionem apud ipsas filias spirituales exortam, sive denique ob diuturnum morbum, quem, recessus in domum loci *Ponton* anno 1948, pertulit.

Vir Deo vere deditus vim hauriebat ex arta cum Domino communione, quam uberrime nutriebat sacrorum mysteriorum celebratione, oratione, meditatione, oboedientia Spiritui Sancto, eucharistico marialique cultu, corporis castigatione nec non ipso sacerdotii ministerio. Fide roboratus, spe et caritate, seipsum abnegavit ac sine quiete Deum diligere perrexit eiusque voluntati obsequi. Ut Domino suo Summo Bono placeret, anno 1917 simul cum S. Ioanne Calabria votum victimae emisit in spiritu expiationis. Talenta divinitus recepta fructifera sedule reddidit, peccatum fugit et circum se Evangelii veritatem, ignem caritatis Christi, gaudium et pacem collustravit, dum mi-

tissimum cor suum omnibus aperiebat. Pauperes captosque mente Dei thesauros habuit, et ideo suos thesauros; ad eorum animarum corporumque bono consulendum, magnanimum et studiosum se praebuit. Spem suam in Deo posuit in eiusque Providentia. Ad aeternam contendit mercedem, quam merendam curavit Deo fideliter inserviens, Ecclesiae et omnibus se cotidie adeuntibus. Optime excoluit iustitiam, prudentiam, fortitudinem in difficultatibus et in adversa valetudine, temperantiam in terrestribus rebus tractandis, oboedientiam superioribus, castitatem, paupertatem. Humilitatem omnibus in adiunctis exercens, Dei proximorumque aestimationem sibi comparavit. Mortem serene praestolatus est, voluntatem exsequens Dei, qui die 24 mensis Augusti anno 1956 ad se vocavit eum. Sanctitatis fama, qua vivens fruebatur, sequentibus annis, post transitum eius in vitam aeternam, diffusa est et roborata. Quapropter Episcopus Veronensis, postquam a Sancta Sede licentiam seu "nihil obstat" obtinuit, beatificationis et canonizationis Causam inchoavit et inter annos 1982-1989 Cognitionalem Processum instruxit, cuius vim iuridicam haec Congregatio de Causis Sanctorum approbavit per decretum editum die 27 mensis Novembris anno 1991. Apparata *Positione,* disceptatum est num Servus Dei virtutes gradu heroico exercuisset. Die 3 mensis Decembris anno 2002, felici cum exitu, habitus est Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum. Patres Cardinales et Episcopi, in Sessione Ordinaria diei 18 mensis Februarii huius anni 2003, audita relatione Exc.mi D.ni Ottorini Petri Alberti, Archiepiscopi Calaritani, Ponentis Causae, Servum Dei edixerunt virtutes theologales, cardinales eisque adnexas heroum in modum excoluisse. Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinale Praefecto necnon Causae Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque adstantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Philippi Bardellini, Sacerdotis Congregationis Oratorii, Fundatoris Piae Societatis Paupercularum a Domo Nazarethana, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 12 mensis Aprilis A. D. 2003.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

VINDOBONENSIS

Beatificationis et Canonizationis Servi Dei Caroli e Domo Austriae imperatoris et regis (1887-1922)

DECRETUM SUPER VIRTUTIBUS

«Confiteantur tibi, Domine, omnes reges terrae» (*Ps* 138, 4).

Inter reges, qui laude et exaltatione Domini sanctitate vitae operumque suorum emicuerunt, dubium non est quin Servus Dei Carolus e Domo Austriae referatur oporteat, qui enim, divinae originis humanae omnis potestatis conscius (cf. *Rm* 13, 1), condicione sua ducis haud abusus est, ut modo privatam utilitatem assequeretur, sed semper secundum iustitiam se gessit pro bono populi, pro incremento Regni Dei et pro libertate ipsius Ecclesiae, quae, sicut in nuntio Concilii Oecumenici Vaticani II ad Gubernantes proditum, petit ut ipsi praestent «libertatem credendi et edendi eius fidem, libertatem amandi eius Deum et ei serviendi, libertatem vivendi et tradendi hominibus eius nuntium vitae» (Oecumenicum Concilium Vaticanum II, *Constitutiones, Decreta, Declarationes,* Typis Polyglottis Vaticanis 1966, p. 1087).

Fidelis Christi testis hic in castro Persinpinga ad ripas Danubii die 17 mensis Augusti anno 1887 natus est ex archiduca Othone e Domo Austriae et principissa Maria Iosepha. Aetatis suae moribus congruenter, primum domi, dein in Gymnasio Scotorum edoctus est. Iam a iuventute religiosis celebrationibus, quibus ferventer intererat, et actibus pietatis allectus apparuit. Superato examine licentiae, cursum honorum militis inivit. Die 21 mensis Octobris anno 1911 uxorem duxit principissam Zitam de Borbone Parmae, cui ipsa die nuptiarum dixit: «Nunc unus alterum ad caelum ducat». Ex

eorum dilectionis ac fidelitatis coniugio octo filii generati sunt, quos ipse sedula cura et prudentia super vias Dei educavit. Post patrui archiducae Francisci Ferdinandi necem, heres factus est throni Absburgorum. Die 21 mensis Novembris anno 1916, primo totius mundi bello saeviente, Imperatori Austriae Francisco Iosepho successit et, insequenti mense, Rex Apostolicus Hungariae a Cardinale Primate coronatus est. Misero belli tempore, Servus Dei virtutibus in bellicis negotiis gerendis, sicut et bonitate sua ac magnanimitate in hostes claruit. Omnimodo simul iustam pacem componere conatus est, iuxta quae ipse Summus Pontifex Benedictus XV commendaverat. In imperio administrando semper e doctrina sociali Ecclesiae sumpsit consilium. Egenioribus societatis coetibus summopere providit et, ut auctoritates ecclesiasticas sineret plena libertate missionem suam absolvere, ius recusavit commendationis creationisque candidatorum ad episcopatum. Veniam insuper et impunitatem omnibus publicae rei ratione captivis concessit et singularia certamina prohibuit. Christo firmiter ac veritatibus revelatis credidit et omni tempore se Ecclesiae Catholicae esse testimonium praebuit. Fidem aluit oratione, assidua participatione Sacrae Liturgiae ac devotione erga Eucharistiam, Sacratissimum Cor Iesu et Beatam Virginem Mariam. Multas patienter subiit aerumnas, inconcussae spei aeternae beatitudinis innisus. In omnibus item vitae adiunctis dilectionem in Deum manifestavit, cuius voluntati plene ac consulto adhaesit. Odium vero in peccatum exhibuit et simul caritatem erga peccatores, cum magnanimitate calumniatoribus ignoscens, pro quorum conversione angores suos obtulit. Sapiens ac prudens in imperio administrando, provida unicuique ab eo auxilium peteret dispensavit consilia. Leges Dei praeceptaque Ecclesiae servavit et muneribus mariti, patris et imperatoris religiose functus est. Simplex et sincerus omnem simulationem et mendacium contempsit. Mira cum fortitudine omnia adversa passus est, veritatem et iustitiam defendens periculorum immemor, quibus huius rei causa se obiciebat. Mortificatione sui et spiritu paenitentiae exemplarem se ostendit. Laudes et vanitates omnes fugiebat. Licet inter luxus viveret regiae imperialis Austriae proprios, indifferentem tamen ad divitias terrenas se praebuit, bona mundi modo utpote instrumentum reputans. A pueritia oboediens fuit parentibus educatoribusque et iuvenis praefectus militum iussa superiorum suorum obsecutus est. Castitatem in matrimonio coluit et una cum muliere Zita coniugium quoddam fide et oboedientiae divinae voluntati innisum incohavit. Cum iam bello se vinctum agnovisset, Vindobonam profectus est nulla interposita mora, ut caedes vitaret inanes. In Helvetiam exsul relegatus iuribusque et bonis suis orbatus, digne et aequanimiter omnia in-

fensa adiuncta toleravit. Bis in Hungariam nequiquam remeare conatus, deprehensus est et una cum familia in locum v. d. *Funchal* in Madeira insulam Lusitaniae deportatus, ubi ex lateribus laboratus rapide mortem obiit die 1 mensis Aprilis anno 1922, Sacratissimum Nomen Iesu invocans.

Celebri sanctitatis fama succinctus, Archiepiscopus Vindobonensis apud Curiam suam Causam inivit beatificationis et canonizationis et annis 1949-1954 Processum Ordinarium Informativum celebravit, sicut et Processus Rogatoriales Luxemburgensem, Neo-Eboracensem, Friburgensem, Cenomanensem et Funchalensem, quorum auctoritas et vis iuridica a Congregatione de Causis Sanctorum decreto diei 17 mensis Iunii anno 1988 probatae sunt. Confecta *Positione,* post Congressum Consultorum historiae peritorum diei 31 mensis Ianuarii anno 1995, disceptatum est, iuxta normam, an Servus Dei more heroum virtutes exercuisset. Quapropter die 29 mensis Octobris anno 2002, prospero cum exitu, Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum factus est. Patres Cardinales porro et Episcopi in Sessione Ordinaria diei 4 mensis Februarii anno 2003, audita relatione Causae Ponentis, Em.mi Cardinalis Henrici Schwery, professi sunt Servum Dei Carolum e Domo Austriae virtutes theologales, cardinales iisque adnexas ad modum heroum coluisse.

Facta demum de hisce omnibus rebus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum accurata relatione, Sanctitas Sua, vota Congregationis de Causis Sanctorum excipiens rataque habens, mandavit, ut super heroicis Servi Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis ad Se hodierno die infrascripto Cardinale Praefecto necnon Causae Cardinale Ponente meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque de more convocandis eisque adstantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, Servi Dei Caroli e Domo Austriae, Imperatoris et Regis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis de Causis Sanctorum Summus Pontifex referri mandavit.

Datum Romae, die 12 mensis Aprilis A. D. 2003.

IOSEPHUS card. SARAIVA MARTINS
Praefectus

L. ✠ S.

✠ Eduardus Nowak
archiep. tit. Lunensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Sanctissimus Dominus Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros praefecit praesules:

die 4 Novembris 2003. — Metropolitanae Ecclesiae Capitis Haitiani Exc.mum P.D. Hubertum Constant, O.M.I., hactenus Episcopum Castelli Libertatis.

die 5 Novembris. — Coadiutorem dioecesis Lucianiensis R. P. Alfonsum Fioreze, Congregationis Passionis Iesu Christi sodalem, hactenus curionem in archidioecesi Nictheroyensi.

— Praelaturae territoriali Pompeianae, cum dignitate episcopali, R.D. Carolum Liberati e clero dioecesis Fabrianensis-Mathelicensis, hactenus Delegatum Administrationis Patrimonii Sedis Apostolicae, quem constituit Delegatum Pontificium Sanctuarii Beatissimae Mariae Virginis a Sanctissimo Rosario in Valle Pompeia.

die 6 Novembris. — Metropolitanae Ecclesiae Southvarcensi Exc.mum P.D. Coemgenum Ioannem Patricium McDonald, hactenus Episcopum Northantoniensem.

die 8 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Urbevetanae-Tudertinae R.P. Ioannem Scanavino, ex Ordine Fratrum Sancti Augustini, hactenus priorem Provinciae Italicae Sancti Augustini.

— Metropolitanæ Ecclesiae Antequerensi, Exc.mum P.D. Iosephum Aloisium Chávez Botello, hactenus Episcopum Tuxtlensem.

— Cathedrali Ecclesiae Portus Abditi, noviter erectae, R.P. Eduardum Carmona Ortega, O.R.C., hactenus Fraternitatis Sacerdotalis Operariorum Regni Christi pro natione Mexicana moderatorem.

die 12 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Gummitanae in Proconsulari R. D. Hyacinthum Ignatium Flach, e clero archidioecesis Portalegrensis in Brasilia, hactenus Seminarii maioris moderatorem spiritus, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Tulliensi R.D. Aloisium Morao, O.F.M., hactenus Administratorem Apostolicum Ordinariatus Militaris in Republica Salvatoriana, quem constituit Auxiliarem dioecesis Sanctae Annae.

die 14 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Girensi Tarasii R.D. Franciscum Petrum Tebartz-van Elst, e clero Monasteriensi, hactenus in

Facultate Theologica Universitatis Passaviensis professorem, quem deputavit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

die 15 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Kalibensi, Iosephum Romaeum Orquejo Lazo, e clero Sancti Iosephi de Antiquonia, hactenus membrum commissionis pro pastorali programmate « ASSIST » Conferentiae Episcoporum Philippinarum.

die 18 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Vapincensi Exc.mum P.D. Ioannem Michaelem Di Falco, hactenus Episcopum titularem Vallitanum et Auxiliarem eiusdem dioecesis.

die 21 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Crepedulensi R.D. Carolum Borsch, e clero Aquisgranensi, hactenus scholae « Paulushaus » in civitate Bonnensi moderatorem, quem deputavit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Kearniensi, R.D. Philippum a Iesu Estevez, e clero archidioecesis Miamiensis, directorem spiritualem Seminarii regionalis Sancti Vincentii de Paul in oppido vulgo Boynton Beach, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 25 Novembris. — Titulari episcopali Ecclesiae Vertarensi R.P. Michaëlem Miller, C.S.B., Congregationis de Institutione Catholica a Secretis cum archiepiscopali dignitate.

— Titulari episcopali Ecclesiae Segermitanae R.D. Iosephum Clemens, e clero archidioecesis Paderbornensis, Pontificii Consilii pro Laicis a Secretis.

— Cathedrali Ecclesiae Novalichesinae, Exc.mum P.D. Antonium R. Tobias, hactenus Episcopum Ferdinandopolitanum ab Unione.

— Cathedrali Ecclesiae Phoenicensi, Exc.mum P.D. Thomam Iacobum Olmsted, hactenus Episcopum dioecesis Wichitensis.

— Cathedrali Ecclesiae Aricensi, R.D. Hectorem Vargas Bastidas, Societatis S. Francisci Salesii sodalem, hactenus provinciae Chiliensis eiusdem Societatis Vicarium inspectorem.

die 26 Novembris. — Metropolitanae Ecclesiae Natalensi Exc.mum P.D. Matthiam Patricium de Macedo, hactenus Episcopum Campinae Grandis.

— Cathedrali Ecclesiae Picuensi Exc.mum P.D. Plinium Iosephum Lucem da Silva, hactenus Episcopum titularem Marazanensem et Auxiliarem archidioecesis Fortalexiensis.

die 29 Novembris. — Metropolitanae Ecclesiae Cuschensi Exc.mum P.D. Ioannem Antonium Ugarte Pérez, hactenus Episcopum Praelatum Yauyosensem.

— Metropolitanae Ecclesiae Arequipensi Exc.mum P.D. Iosephum Paulinum Ríos Reynoso, hactenus Archiepiscopum Huancayensem.

— Titulari episcopali Ecclesiae Aquipendiensi R.D. Renatum Boccardo, e clero Segusiensi, Pontificii Consilii de Communicationibus Socialibus a Secretis.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Martedì, 5 Novembre 2003, S.E. il Signor Vladimir V. Putin, Presidente della Federazione Russa.

Giovedì, 6 Novembre 2003, S.E. la Signora Mary McAleese, Presidente della Repubblica di Irlanda.

Sabato, 8 Novembre 2003, S.E. il Signor Iviça Račan, Presidente del Governo della Repubblica di Croazia.

Lunedì,10 Novembre 2003, Delegazione dell'Organismo per la Liberazione della Palestina.

Giovedì, 20 Novembre 2003, S.E. il Signor Yoon Young-Kwan, Ministro degli Affari Esteri della Corea.

Martedì, 25 Novembre 2003, S.E. il Signor José Manuel Durão Barroso, Primo Ministro del Portogallo.

Giovedì, 27 Novembre 2003, S.E. il Signor Georgi Parvanov, Presidente della Repubblica di Bulgaria.

Venerdì, 28 Novembre 2003, S.E. il Signor Vladimir Voronin, Presidente della Repubblica di Moldova.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

25 novembre 2003 S.E. Mons. Erwin Josef Ender, Arcivescovo tit. di Germania di Numidia, *Nunzio Apostolico nella Repubblica Federale di Germania.*

» » » S.E. Mons. Giuseppe De Andrea, Arcivescovo tit. di Anzio, Nunzio Apostolico in Kuwait, in Bahrain e in Yemen, *Nunzio Apostolico in Qatar.*

» » » Mons. Anselmo Guido Pecorari, Arcivescovo tit. eletto di Populonia, *Nunzio Apostolico in Rwanda.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

30	ottobre	2003	Il p. Velasio De Paolis, C.S., *Vicario Giudiziale « in aliud quinquennium ».*
»	»	»	Il p. Donald Kos, O.F.M. Conv., *Giudice « in aliud quinquennium ».*
»	»	»	Mons. Antonio Nicolai, *Difensore del Vincolo « in aliud quinquennium ».*
»	»	»	Mons. Umberto Fiacco, *Notaro « ad tempus »,* del Tribunale Ecclesiastico della Città del Vaticano.
4	novembre	»	S.E. Mons. Giovanni Lajolo, Arcivescovo tit. di Cesariana, *Consultore della Congregazione per i Vescovi « ad quinquennium ».*
5	»	»	Mons. Giovanni Carrù, *Sotto-Segretario della Congregazione per il Clero « ad quinquennium ».*
10	»	»	L'Em.mo Signor Cardinale Antonio María Rouco Varela, *« in aliud quinquennium »* e S.E. Mons. Marcello Costalunga, Arcivescovo tit. di Aquileia, « usque ad 80um annum ae. s., *Membri della Congregazione per i Vescovi.*
»	»	»	Gli Em.mi Signori Cardinali Jean-Luis Tauran ed Attilio Nicora, *Membri del Consiglio di Cardinali e Vescovi della Sezione per i Rapporti con gli Stati della Segreteria di Stato « ad quinquennium ».*
»	»	»	Gli Em.mi Signori Cardinali Tarcisio Bertone e Jean-Louis Tauran, *Membri della Congregazione per la Dottrina della Fede, « ad quinquennium ».*
»	»	»	L'Em.mo Signor Cardinale Jean-Louis Tauran, *Membro della Congregazione per le Chiese Orientali, « ad quinquennium ».*
»	»	»	Gli Em.mi Signori Cardinali Justin Francis Rigali, Josip Bozanić, Jean-Baptiste Pham Minh Mân, Philippe Barbarin e Marc Ouellet, *Membri della Congregazione per il Culto Divino e la Disciplina dei Sacramenti « ad quinquennium ».*
»	»	»	Gli Em.mi Signori Cardinali Jean-Louis Tauran, Julián Herranz, Javier Lozano Barragán ed Attilio Nicora, *Membri della Congregazione per i Vescovi « ad quinquennium ».*
»	»	»	Gli Em.mi Signori Cardinali Anthony Olubunmi Okogie, Gabriel Zubeir Wako, Telesphore Placidus Toppo, Jean-Baptiste Pham Minh Mân, Renato Raffaele Martino, Javier Lozano Barragán, Stephen Fumio Hamao, Attilio Nicora, *Membri della Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli « ad quinquennium ».*
»	»	»	Gli Em.mi Signori Cardinali Angelo Scola e Tarcisio Bertone, *Membri della Congregazione per il Clero « ad quinquennium ».*
»	»	»	l'Em.mo Signor Cardinale Philippe Barbarin, *Membro della Congregazione per gli Istituti di Vita Consacrata e le Società di Vita Apostolica « ad quinquennium ».*

10 novembre 2003 Gli Em.mi Signori Cardinali Péter Erdő e Francesco Marchisano, *Membri della Congregazione per l'Educazione Cattolica « ad quinquennium ».*

» » » L'Em.mo Signor Cardinale Julián Herranz, *Membro del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica « ad quinquennium ».*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali Ennio Antonelli e Josip Bozanić, *Membri del Pontificio Consiglio per i Laici « ad quinquennium ».*

» » » L'Em.mo Signor Cardinale Peter Kodwo Appiah Turkson, *Membro del Pontificio Consiglio per la Promozione dell'Unità dei Cristiani « ad quinquennium ».*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali Angelo Scola e George Pell, *Membri del Comitato di Presidenza del Pontificio Consiglio per la Famiglia « ad quinquennium ».*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali Bernard Panafieu, George Pell e Stephen Fumio Hamao, *Membri del Pontificio Consiglio della Giustizia e della Pace « ad quinquennium ».*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali Gabriel Zubeir Wako, Renato Raffaele Martino e Stephen Fumio Hamao, *Membri del Pontificio Consiglio « Cor Unum » « ad quinquennium ».*

» » » Il Signor Cardinale Keith Michael Patrick O'Brien, *Membro del Pontificio Consiglio della Pastorale per i Migranti e gli Itineranti « ad quinquennium ».*

» » » L'Em.mo Signor Cardinale Carlos Amigo Vallejo, *Membro del Pontificio Consiglio per gli Operatori Sanitari « ad quinquennium ».*

» » » L'Em.mo Signor Cardinale Péter Erdő, *Membro del Pontificio Consiglio per i Testi Legislativi « ad quinquennium ».*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali Bernard Panafieu e Telesphore Placidus Toppo, *Membri del Pontificio Consiglio per il Dialogo Inter-Religioso « ad quinquennium ».*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali Rodolfo Quezada Toruño e Francesco Marchisano, *Membri del Pontificio Consiglio della Cultura « ad quinquennium ».*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali Anthony Olubunmi Okogie, Keith Michael Patrick O'Brien, Eusébio Oscar Scheid ed Ennio Antonelli, *Membri del Pontificio Consiglio delle Comunicazioni Sociali « ad quinquennium ».*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali Justin Francis Rigali e Renato Raffaele Martino, *Membri dell'Amministrazione del Patrimonio della Sede Apostolica « ad quinquennium ».*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali Peter Kodwo Appiah Turkson e Francesco Marchisano, *Membri della Pontificia Commissione per i Beni Culturali della Chiesa « ad quinquennium ».*

» » » L'Em.mo Signor Cardinale Julián Herranz, *Membro della Pontificia Commissione « Ecclesia Dei » « ad quinquennium ».*

» » » Gli Em.mi Signori Cardinali Eusébio Oscar Scheid, Marc Ouellet, Javier Lozano Barragán, *Consiglieri della Pontificia*

			Commissione per l'America Latina « ad quinquennium » e gli Em.mi Signori Cardinali Carlos Amigo Vallejo e Rodolfo Quezada Toruño, *Membri della Pontificia Commissione per l'America Latina « ad quinquennium ».*
20	novembre	2003	I padri Wolfgang Ockenfels, O.P., Maciej Zięba, O.P., il rev. Enrique Colom, suor Helen Alford, O.P., la prof.ssa Simona Beretta, il dott. Carl A. Anderson, il prof. Antonio Boggiano, i dottori M. René Valéry Mongbe, Oscar R. de Rojas, il prof. Edoardo Greppi, *Consultori del Pontificio Consiglio della Giustizia e della Pace « ad quinquennium ».*
»	»	»	S.E. mons. Anton Stres, i padri Sergio Bernal Restrepo, S.I. e Gian Paolo Salvini, S.I., don Mario Toso, S.D.B., il prof. Stefano Zamagni, *Consultori del Pontificio Consiglio della Giustizia e della Pace « in aliud quinquennium ».*
24	»	»	L'Em.mo Signor Cardinale Jean-Louis Tauran, *Archivista e Bibliotecario di Santa Romana Chiesa « ad quinquennium ».*
25	»	»	Mons. Michael Miller, Arcivescovo tit. eletto di Vertara, *Segretario della Congregazione per l'Educazione Cattolica « ad quinquennium ».*
»	»	»	Mons. Josef Clemens, Vescovo tit. eletto di Segerme, *Segretario del Pontificio Consiglio per i Laici « ad quinquennium ».*
29	»	»	Mons. Renato Boccardo, Vescovo tit. eletto di Acquapendente, *Segretario del Pontificio Consiglio delle Comunicazioni Sociali « ad quinquennium ».*

Protonotari Apostolici soprannumerarii

23	ottobre	2003	Mons. John B. Szymanski (Trenton)
24	»	»	Mons. Gottfried Lafer (Graz-Seckau)

Prelati d'onore di Sua Santità

9	settembre	2003	Mons. Alfred Xuereb (Gozo)
»	»	»	Mons. Petar Rajič (Trebinje e Mrkan)
10	»	»	Mons. Obdulio Antonio Malchiodi (La Plata)
»	»	»	Mons. Angel Diamante D'Auro (La Plata)
»	»	»	Mons. Johann Roidl (Regensburg)
»	»	»	Mons. Albert Wotruba (Regensburg)
»	»	»	Mons. Sebastian Werner (Regensburg)
»	»	»	Mons. Hubert Schuler (Speyer)
22	»	»	Mons. Jan Paweł Magdziarz (Warmia)
»	»	»	Mons. Bronisław Magdziarz (Warmia)
»	»	»	Mons. Władysław Sudziński (Warmia)
»	»	»	Mons. Edward Koperwas (Warmia)
23	»	»	Mons. Giampiero Gloder (Padova)
29	»	»	Mons. Lorenzo Bilotto (Cosenza-Bisignano)
»	»	»	Mons. Pedro Puente Fernández (León)
»	»	»	Mons. François Eugène Gules Roy Verreau (Sicuani)

3	ottobre	2003	Mons. Giuseppe Stanzani (Bologna)
»	»	»	Mons. John Patrick Flynn (Kerema)
10	»	»	Mons. Kurt Georg Lenz (Passau)
»	»	»	Mons. Erich Baumann (Passau)
»	»	»	Mons. Helmut Schuler (Passau)
»	»	»	Mons. Alois Furtner (Passau)
14	»	»	Mons. Maximilian Mittendorfer (Linz)
18	»	»	Mons. Xavier Désiré (Angers)
»	»	»	Mons. Tullio Poli (Bolzano-Bressanone)
»	»	»	Mons. William Millea (Bridgeport)
24	»	»	Mons. Martin Walchhofer (Salzburg)
27	»	»	Mons. Francisco Ruiz Redondo (Madrid)
»	»	»	Mons. Manuel María Gutiérrez Álvarez-Ossorio (Madrid)

Cappellani di Sua Santità

28	luglio	2003	Il sac. Peter Fleetwood (Liverpool)
9	settembre	»	Il sac. Gianfranco Gallone (Oria)
»	»	»	Il sac. Raffaele Russo (Pozzuoli)
»	»	»	Il sac. Salvatore Scalpellino (Pozzuoli)
»	»	»	Il sac. Luigi Longobardo (Pozzuoli)
10	»	»	Il sac. Wolfgang Halama (Fulda)
»	»	»	Il sac. Riccardo Fontana (Isernia-Venafro)
»	»	»	Il sac. Fernando Maria Cavaller (La Plata)
»	»	»	Il sac. Andréas Wiggers (Lages)
»	»	»	Il sac. Edgar Joseph Wortmann (Omaha)
»	»	»	Il sac. James Raymond Cain (Omaha)
»	»	»	Il sac. Gottfried Dachauer (Regensburg)
»	»	»	Il sac. José Ricardo Baez Laspiur (San Juan de Cuyo)
»	»	»	Il sac. Rudolf Banzer (Speyer)
»	»	»	Il sac. Gerhard Poete (Speyer)
22	»	»	Il sac. Vitantonio Telesca (Potenza-Muro Lucano-Marsico Nuovo)
»	»	»	Il sac. Lech Waldemar Kozikowski (Warmia)
22	settembre	»	Il sac. Norbert Bujanowski (Warmia)
»	»	»	Il sac. Krzysztof Jabłoński (Warmia)
29	»	»	Il sac. Adán Ramírez Ortiz (Caracas)
»	»	»	Il sac. Pasquale Caputo (Cosenza-Bisignano)
»	»	»	Il sac. Carlo Arnone (Cosenza-Bisignano)
»	»	»	Il sac. Pietro De Luca (Cosenza-Bisignano)
»	»	»	Il sac. Luigi Lavorato (Cosenza-Bisignano)
»	»	»	Il sac. Luigi Luberto (Cosenza-Bisignano)
»	»	»	Il sac. Mario Merenda (Cosenza-Bisignano)
»	»	»	Il sac. Pietro Maria Del Vecchio (Cosenza-Bisignano)
»	»	»	Il sac. Gennaro Romeo (Pozzuoli)
»	»	»	Il sac. Aristide Sana (Roma)
»	»	»	Il sac. Leonardo Mengarelli (Urbino-Urbania-Sant'Angelo in Vado)

29	settembre	2003	Il sac. Riccardo Manganelli (Urbino-Urbania-Sant'Angelo in Vado)
»	»	»	Il sac. Franco Gori (Urbino-Urbania-Sant'Angelo in Vado)
»	»	»	Il sac. Luigi Eusebi (Urbino-Urbania-Sant'Angelo in Vado)
»	»	»	Il sac. Augusto Venturi (Urbino-Urbania-Sant'Angelo in Vado)
3	ottobre	»	Il sac. Isidoro Sassi (Bologna)
»	»	»	Il sac. Pierpaolo Sassatelli (Bologna)
»	»	»	Il sac. Gian Luigi Nuvoli (Bologna)
»	»	»	Il sac. John Ogoamaka Ukwuoma (Orlu)
»	»	»	Il sac. Clement Ngirikanwa Obielu (Orlu)
»	»	»	Il sac. Emmanuel Christopher Nwosu (Orlu)
»	»	»	Il sac. Basil Maduike (Orlu)
»	»	»	Il sac. Boniface Ibe (Orlu)
»	»	»	Il sac. Emmanuel Obioma Durn Jinehu (Orlu)
»	»	»	Il sac. Amador Romão (São Carlos)
»	»	»	Il sac. Hugo Fausto Fernández Mora (Tunja)
»	»	»	Il sac. Efraín Wittingham Jiménez (Tunja)
»	»	»	Il sac. Leopoldo López Vega (Tunja)
»	»	»	Il sac. Luis Fidel Suárez Puerto (Tunja)
10	»	»	Il sac. Hans Herlinger (Passau)
»	»	»	Il sac. Alfred Ebner (Passau)
»	»	»	Il sac. Gerhard Hettler (Passau)
»	»	»	Il sac. Max Pinzl (Passau)
14	»	»	Il sac. August Waicherbergen (Linz)
»	»	»	Il sac. Maximilian Strassel (Linz)
»	»	»	Il sac. Hermann Pachinger (Linz)
»	»	»	Il sac. Berthold Müller (Linz)
»	»	»	Il sac. Alexander Kronsteiner (Linz)
»	»	»	Il sac. Ernst Kofler (Linz)
»	»	»	Il sac. Stefan Hofen (Linz)
»	»	»	Il sac. Karl M. Wögerer (Linz)
23	»	»	Il sac. Raymond L. Cole (Metuchen)
»	»	»	Il sac. Edward M. O'Neill (Metuchen)
»	»	»	Il sac. Liam A. Minogue (Metuchen)
»	»	»	Il sac. Terrance M. Lawler (Metuchen)
»	»	»	Il sac. Leon Kasprzyk (Metuchen)
24	»	»	Il sac. Franco Zaghini (Forlì-Bertinoro)
»	»	»	Il sac. Morello Morelli (San Miniato)
»	»	»	Il sac. Luciano Niccolai (San Miniato)
»	»	»	Il sac. Kevin McMahon (Wilmington)

Gentiluomini di Sua Santità

16	ottobre	2003	Il sig. Francesco Bernardi (Roma)
»	»	»	Il sig. Sergio Camelo (Civitavecchia-Tarquinia)
»	»	»	Il sig. Juan Esteban Caselli (Buenos Aires)
»	»	»	Il sig. Alberto Consoli Palermo Navarra (Roma)
»	»	»	Il principe Benedetto Orsini (Mantova)
»	»	»	Il sig. Franco Pecorini (Roma)

Addetti di Anticamera

16	ottobre	2003	Il sig. Luigi Andreuzzi (Roma)
»	»	»	Il sig. Pierluigi Cencelli (Roma)
»	»	»	Il sig. Stefano Petrillo (Roma)
»	»	»	Il sig. Paolo Romanini (Roma)
»	»	»	Il sig. Gianluca Semmola (Roma)
»	»	»	Il sig. Aldo Serio (Roma)
»	»	»	Il sig. Renzo Sprocati (Roma)

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito:

Il Cavalierato di Gran Croce dell'Ordine di San Gregorio Magno

16	ottobre	2003	Al sig. Mahmoud Mahmoud Hissein (*Ciad*)
»	»	»	Al sig. Balram Singh Malla (*Nepal*)
»	»	»	Al sig. Indrek Tarand (*Estonia*)
»	»	»	Al sig. Silumelume Kufunduka Mubukwanu (*Zambia*)
»	»	»	Al sig. Boaz Kidiga Mbaya (*Kenya*)
»	»	»	Al sig. Nurlan Danenov (*Kazakhstan*)
»	»	»	Al sig. Edward Nalbandian (*Armenia*)
»	»	»	Al sig. Gibril Seman Joof (*Gambia*)
»	»	»	Al sig. Prasad Kariyawasam (*Sri Lanka*)
»	»	»	Al sig. Abraham Doukouré (*Guinea*)
»	»	»	Al sig. Gian Luca di Chiavari (*Sovrano Militare Ordine di Malta*)
25	»	»	Al sig. Giorgio Stoppa (Roma)

La Commenda con Placca dell'Ordine di San Gregorio Magno

10	settembre	2003	Al sig. Jozef Tivadar (*Slovenia*)
16	ottobre	»	A fra' Giacomo dalla Torre del Tempio di Sanguinetto (*Sovrano Militare Ordine di Malta*)
»	»	»	A fra' John Alexander MacPherson (*Sovrano Militare Ordine di Malta*
»	»	»	Al sig. Jean-Pierre Mazery (*Sovrano Militare Ordine di Malta*)
»	»	»	Al sig. Richard J. Dunn (San Francisco in California)
23	»	»	Al sig. Antoni Kapliński (*Polonia*)

La Commenda dell'Ordine di San Gregorio Magno

10	settembre	2003	Al sig. Manuel Estrada Campuzano (Acapulco)
1	ottobre	»	Al sig. Sandro Marcorelli (Civita Castellana)
16	»	»	Al sig. Giovanni Battista di Montanara (*Sovrano Militare Ordine di Malta*)
23	»	»	Al sig. Stefano Cassanego (Vicenza)
»	»	»	Al sig. Lorenzo Pellizzari (Vicenza)
»	»	»	Al sig. Giancarlo De Biasio (Vicenza)

23	ottobre	2003	Al sig. Angelo Raumer (Vicenza)
»	»	»	Al sig. Remo Zuccato (Vicenza)
»	»	»	Al sig. Dionisio Tanello (Vicenza)
27	»	»	Al sig. Robert Souria (Lausanne, Genève et Fribourg)

Il Cavalierato dell'Ordine di San Gregorio Magno

9	settembre	2003	Al sig. Paul Moynihan (Southwark)
29	»	»	Al sig. Engelbert Demetz (Udine)
1	ottobre	2003	Al sig. Enrico Comola (Novara)
3	»	»	Al sig. Orjiako Ambroise Bryant Chu'eloka (Orlu)
»	»	»	Al sig. Nwakibu Vincent Ukadike (Orlu)
»	»	»	Al sig. Vincent Nnanna Nnaji (Orlu)
10	»	»	Al sig. Vincenzo Giudici (Lugano)
14	»	»	Al sig. Paolo Pagnottella (*Ordinariato Militare d'Italia*)
»	»	»	Al sig. Peter Paul Müller (Linz)
»	»	»	Al sig. Alfred J. Waldbauer (Linz)
24	»	»	Al sig. Hugh Kealy (Westminster)
»	»	»	Al sig. James Moir (Westminster)
27	»	»	Al sig. Etienne Zongo (Nouméa)
»	»	»	Al sig. William J. Glynn (Tuam)

La croce di Dama di Gran Croce dell'Ordine di San Gregorio Magno

16	ottobre	2003	Alla sig.ra Patricia Nozipho January-Bardill (*Sud Africa*)

La croce di Dama di commenda con placca dell'Ordine di San Gregorio Magno

14	ottobre	2003	Alla sig.ra Wafaa Zniber (*Marocco*)

La croce di Dama dell'Ordine di San Gregorio Magno

3	ottobre	2003	Alla sig.ra Grace Dan Mbionwu (Orlu)
»	»	»	Alla sig.ra Anthonia Odinkalu (Orlu)
»	»	»	Alla sig.ra Nneoma Cecilia Amadi (Orlu)
21	»	»	Alla sig.ra Günizi Etker (*Turchia*)
24	»	»	Alla sig.ra Gloria Hooper (Westminster)
28	»	»	Alla sig.ra Drya Marasco Buzzonetti (Roma)
»	»	»	Alla sig.ra Maria Mantese Cibin (Roma)
»	»	»	Alla sig.ra Luisa Agnes (Roma)
»	»	»	Alla sig.ra Maria Luisa Dall'Arche Gugel (Roma)

La Commenda dell'Ordine di San Silvestro

9	settembre	2003	Al sig. Hendrikus Aloysius Johannes Kruijssen (Rotterdam)
29	»	»	Al sig. Theodonus Edmond Maria Wijte (Utrecht)
14	ottobre	»	Al sig. Werner Höffinger (Linz)
»	»	»	Al sig. Paul Krassay (Linz)
»	»	»	Al sig. Friedrich Fuchs (Linz)
»	»	»	Al sig. Rudolf Trauner (Linz)

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro

9	settembre	2003	Al sig. Simone Caiazza (Nocera Inferiore-Sarno)
»	»	»	Al sig. Cornelis Josephus Bijloos (Rotterdam)
»	»	»	Al sig. Giovanni Bianco (Vercelli)
»	»	»	Al sig. Luigi Ferrarotti (Vercelli)
22	»	»	Al sig. Marco Maria Bruno (Cesena-Sarsina)
»	»	»	Al sig. Silvano Ciaranfi (Concordia-Pordenone)
»	»	»	Al sig. Giuseppe Bortolin (Concordia-Pordenone)
»	»	»	Al sig. Armando Fanzago (Concordia-Pordenone)
»	»	»	Al sig. Alfredo Masut (Concordia-Pordenone)
»	»	»	Al sig. Enrico Pietro Nosella (Concordia-Pordenone)
»	»	»	Al sig. Gino Praturlon (Concordia-Pordenone)
»	»	»	Al sig. Renzo Nosella (Concordia-Pordenone)
29	»	»	Al sig. Ilario Fumanti (Assisi-Nocera Umbra-Gualdo Tadino)
»	»	»	Al sig. Mario Inzillo (Cosenza-Bisignano)
»	»	»	Al sig. Fernando Marcelletti (Cosenza-Bisignano)
»	»	»	Al sig. Enzo Frontera (Cosenza-Bisignano)
»	»	»	Al sig. Maurice Savels (Mechelen-Brussel)
»	»	»	Al sig. Luigi Munini (Udine)
»	»	»	Al sig. Oreste Mineo (Udine)
»	»	»	Al sig. Orfeo Busatto (Udine)
1	ottobre	»	Al sig. Riccardo Bertoli (Brescia)
3	»	»	Al sig. Anthony E. Ezenna (Orlu)
»	»	»	Al sig. Obidegwu John Uchechukwu (Orlu)
10	»	»	Al sig. Pasquale Di Lieto (Amalfi-Cava de' Tirreni)
»	»	»	Al sig. Eugen Linser (Innsbruck)
»	»	»	Al sig. Georg Höltl (Passau)
»	»	»	Al sig. Andrea di Capua (Rieti)
»	»	»	Al sig. Valter Tozzi (Rieti)
14	»	»	Al sig. Vicenzo Anobile (Ordinariato Militare d'Italia)
»	»	»	Al sig. Josef Weichselbaumer (Linz)
»	»	»	Al sig. Wolfgang Katzböck (Linz)
»	»	»	Al sig. Karl Gstöttenmeier (Linz)
23	»	»	Al sig. Peter Emanuel Marie Gerard Paland (Roermond)
28	»	»	Al sig. Nicodemo Papi (Loreto)

La croce di Dama dell'Ordine di San Silvestro Papa

3	ottobre	2003	Alla sig.ra Odueze Catherine Adannia (Orlu)
»	»	»	Alla sig.ra Patricia Nnenna Ezie (Orlu)
»	»	»	Alla sig.ra Priscilla Akuechiama (Orlu)

NECROLOGIO

31	ottobre	2003	Mons. Georges Biard, Vescovo em. di Mopti (*Mali*).
9	novembre	»	Mons. Adolfo Rodríguez Vidal, Vescovo em. di Los Angeles (*Cile*).
10	»	»	Mons. André Collini, Arcivescovo em. di Toulouse (*Francia*).
14	»	»	Mons. Izidor I. Marosi, Vescovo em. di Vác (*Ungheria*).